THEOCRITI
SYRACVSANI OPERA LATINE

à Ioanne Trimanino ad uerbum diligentissime expressa, locis, unde Virgilius sumpsit, indicatis.

HÆC AVTEM SVNT.

Theocriti genus.
De bucolico carmine.
De poëticis figuris.
Idylliorum argumenta.
Theocriti idyllia triginta sex.
Eiusdem epigrammata.
Eiusdem fistula.
Eiusdem bipennis.
Eiusdem ala.
Eiusdem ara.



CVM PRIVILEGIO ILLVST. SENATVS VENET.

IOANNES TRI-MANINVS IOANNI BAPTISTÆ MALVETIO. S. D.

SÆPE tibi, & Ioanni Francisco fratri tuo à me petentibus, & quasi iure uestro efflagitantibus, ut Theocriti bucolica, quæ iam tum Bononiæ, cum à uiris linguæ græcæ peritissimis audissem, & ipse postea accuratius, diligentiusq; examinassem, quæq; ad uerbum expresseram, ita, uti erant expressa, ederem: nequiui me id ipsum prius esse facturũ, quàm me Venetias contulissem. Nec ita multo post isthinc profectus, huc me ad Sebastianum corradum recepi: in cuius familiaritatem olim apud te Bononiæ cum me paulisper insinuassem, ita nunc sum acceptus, ut mihi felix uidear, qui consuetudine eius uiri, quo nihil unquam uidi aut humanius, aut elegantius, ita frui possim, ut nunquàm ab eo discedam, quin abeam (ut inquit ille) doctior. Deus faxit ut aliquando tandem ipsi parem grattam referre possim: quod ipsum tam cupio quàm quod maxime: etsi uereor ne maiora sint huius uiri in me beneficia, quàm ut par à me gratia referri possit. nam prætereu quàm quòd mihi omnia sua uoluit patere, aditum quoq; ad Ioannis Baptistę Egnatij uiri huiusce ætatis in literis longe principis, & Ioannis Bernardi Feliciani hominis eruditissimi amicitiam ita patefecit, ut improbus planè sim, si quid hic præterea desiderem. Ego uero nihil sane cupio nisi primo quoq;

tempore id, quod tibi præsens præsenti sum pollicitus, nunc absens absenti, mittere, atque adeo iam nunc mitto, nec tibi solum, sed fratri etiam, & græcarum literarum studiosis omnibus, ut non minus tibi, & fratri, qui postulastis, quàm mihi, qui uobis morem gessi, debeăt iuuenes, si quid ex laboribus nostris utilitatis acceperint. & sanè (nisi planè fallimur) plurimum accipient. Dedimus enim operam ut uerbis latinis quàm maxime fieri potuit proprijs græca ita transferremus, ne sensus confunderetur. Quid, quòd multa, unde Virgilius mutuatus est, indicauimus? Sed ne plura & de labore, & de studio nostro dicamus: quicquid id est tandem, quod elaborauimus, studiosi iuuenes iudicabunt: & tu in primis, & frater tuus boni consuletis, & memineritis ab eo profectum, qui uos unice diligit.

Vale. Venetijs. III. Non. Februarij. M D XXXIX.

GENVS THEOCRITI.

THeocritus bucolicorum poëta Syracusanus fuit genere, patre Simichide, ut ipse ait. Σιμιχίδα πᾶ δὴ σὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις, Simichida quò nam tu meridie pedem trahis? non nulli uero hoc Simichide cognomētum fuisse censent. uidetur enim sima fuisse facie: patremq; habuisse Praxagoram, & matrem Philinam. Auditor autē fuit Philipiadis, & Asclipiadis, quemadmodum mentionē facit. floruitq; sub Ptolomæo, qui dictus est Lagus. Circa uero bucolicorum poëma natura idoneus factus, magnam ex his gloriam assecutus est: secundum igitur aliquos cum Moscus uocaretur, Theocritus appellatus est. Fuit autem æqualis tempore & Arati, & Callimachi, & Nicandri. natus est temporibus Ptolomæi Philadelphi. usus est Ionica lingua, & Dorica noua: duæ, enim sunt, & uetus, & noua. uetus quidem aspera quædam est, & tumida, & nō bene intelligibilis. Noua autem, qua & Theocritus utitur, mollior, quæ est apud Epicarmum, & Sophronem.

V bi, & qua ratione inuenta sint bucolica.

Bucolica dicunt Lacedemone inuenta fuisse, & ualde progressum consecuta esse. Bello enim instante adhuc & timore totam grætiam perturbante, instabat & festum Dianæ Caryatidis. Virginibus autem occultatis ob belli tumultum, agricolæ quidam ingressi templum proprijs cantilenis Dianam laudarunt. Horum autem carmine optime succedente permansit mos, & seruatus est. Alij uero hoc modo Tyndaride Siciliæ introducta fuisse dicunt bucolica, cum Orestes extulisset

Dianæ simulachrum ex Tauris Schythiæ, admonitus est, ut in septem fluminibus ex uno fonte manantibus ablueretur, cùm iuisset Rhegium Italiæ, scelus abluit in his prædictis separatis fluminibus: postea Tyndaridem Syciliæ uenit, lòci incolæ Deam proprijs cantilenis laudantes consuetudine primam dederunt inuentionem. uera autem fama hæc est. Apud Syracusios seditione facta, & multis ciuibus interfectis in concordiam plebe ueniente uisa est Diana causa facta conciliationis. Agricolæ dona tulerunt, & Deam læti celebrarunt, postea rusticis cantilenis locum dederunt, & consuetudinem.

De differentia Bucolicorum.

Bucolica habent discrimen iuxta poëmatum inscriptionem, etenim capraria sunt, & pastoralia, & mixta, inscriptionem uero à bobus sortita sunt, ueluti à precipuo animante, qua propter bucolica dicta sunt omnia. dicitur enim bubulcus à bobus agendis, uel à bobus prohibendis seorsum à grege pascens: uel à bobus mundandis, & curandis, uersione immutabilis in immutabilem: canere autem dicunt ipsos panem suspensum habentes ferarum in se formas habentem, & peram omnigeneris semine plenam, & uinum in caprino utre libationem distribuentes occurrentibus, coronamq; circundatam habere, & cornua ceruorum apposita esse, & in manibus habere pedum: eum autem, qui uicerit, accipere uicti panem, & ipsum quidem in Syracusiorum manere urbe, uictos ad uicinos ire colligentes sibimetipsis nutrimenta: exibere & alia quędam ludicrum, & risum habentia: & fausta bene ominantes addere: admitte bonam fortunam: admitte sanitatem, quá ferimus à Dea;

quam uocauit isthæc.

De bucolicorum inscriptione.

Idyllion dicitur quòd εἶδος, hoc est, forma quædam, ac uelut idea sermonis sit: & diminutiuè εἰδύλλιον, quasi paruum carmen, appellatur.

De poëseos formis dicendi.

Omne poema tres habet dicendi formas, enarratiuam, actiuam, et mixtam. Bucolicum poema mixtura est omnis speciei quasi contemperata: quapropter gratiosum ob uarietatem elocutionis, magis uero mixtionis: aliquando cōpositum ex narratiuo genere, aliquando uero ex actiuo, interdū uero ex mixto, siue ex narratiuo, & actiuo, prout contigerit. cæterum quoad fieri potest hoc poema rusticorum mores exprimit horridos quoad uitam designans. euitauit autem nimiam granditatem, & tumiditatem poeseos.

ARGVMENTVM. I. IDYLLII.

IN hoc Idyllio colloquuntur inter se Thyrsis opilio, & Caprarius: uidelicet Menalcas, siue Comatas: ignoratur autem caprarij nomen.

THEOCRITI BV COLICA. THYRSIS, SEV CANTVS.

IDYLLION PRIMVM.

Vir.æg.v. Thyr. IVcundum quid, susurrus, et pinus capraria illa,
Quæ iuxta fontes canit, iocundum autem & tu,
Vir.æg.v. Canis: post Pana secundum præmium auferes:
Si ille ceperit cornutum hircum, capram tu capies:
Si autem capram ceperit ille munus, ad te defluet:
Cap. Capella: capellæ autem bona est caro quoad mulseris:
Iocundius ò pastor tuum carmen est, quàm quæ resonans
Vir.æg.v. Illa, de saxo defluit ex alto aqua,
Si musæ ouem donum duxerint,
Agnum tu pinguem capies munus, si autem placuerit
Ipsis agnum accipere, tu autem ouem postea duces:
Thyr. Vis (per nymphas) uis caprarie hic sedens
Ad decliuem hunc tumulum, ubi sunt myricæ,
Vir.æg.v. Canere. capras autem ego interim pascam.
Cap. Non fas ò pastor, in meridie, non fas nobis
Canere: Pana timemus: & enim à uenatione
Tunc defessus quiescit, estq; acerbus,
Et ei semper acris bilis ad nares assidet.
Sed tu, enim ò Thyrsi Daphnidis dolores nosti:
Et bucolicæ ad summum uenisti musæ,
Huc ades, sub ulmo sedeamus, & Priapi,
Et nympharum fontanarum è regione ubi sedes
Illa pastoralis, & quercus: si autem cantaueris,
Vt olim libyco cum chromi cantasti contendens:

Capramq; tibi dabo gemelli param ad ter mulgendum, Vir. eg. iij.
Quæ duos habens hædos, insuper mulgebitur in duas mul
Et profundum poculum immersum suaui cera. (tras:
Ansatum, nuper fabricatum adhuc sculpturam redolens.
Cuius quidem ad labra accæscit alte hedera:
Hedera elichryso distincta, & per ipsam,
Fructu capreolus inuoluitur gaudens croceo,
Intus autem mulier quoddam deorum opus, sculpata est,
Ornata peploq;, & reticulo, apud autem ipsam uiri,
Pulchre comantes inuicem aliunde alius:
Certant uerbis, hæc autem non mentem tangunt ipsius.
Interdum quidem illum aspicit uirum ridens,
Interdũ aũt rursus ad hunc iacit mentẽ: hi aũt præ amore
Diu oculos tumentes, frustra laborant:
Hos autem iuxta piscatorq; senex, petraq; sculpta est
Aspera, in qua festinans magnum rete ad iactum trahit
Senex, laboranti fortiter uiro similis,
Diceres sane membrorũ illũ quãtũ robur ipsi est, expiscari,
Sic ei intumuerunt per collum ubiq; uenæ.
Et cano quamuis existenti, robur autem dignum iuuentute,
Paululum aũt quãtum esse potest procul à maritimo sene,
Rubris uiuis pulchre grauata erat uinea,
Quam paruus quidam puer in sepibus seruat
Sedens, circum aũt illũ duæ uulpes, hæc quidẽ per arbusta
Vadit lædens naturam, hæc autem ad peram
Omnem dolum fabricans, puerulũ non prius relicturã esse
Ait, priusquàm ieiunum in siccis constituat,
Sed hic stipulis pulchram texit fiscellam,
Iunco componens, curæ est autem ei, neq; pera

Neq; plantarum tantum, quantum fiscella gaudet.
Vir. æg. iij. Vbiq; circum pateram extenditur mollis acanthus
Pastorale quodā miraculum, monstrū tibi animū mouere,
Pro quo quidem Porthmo calydonio capramq; dedi,
Premiumq; caseum magnum albi lactis:
Vir. æg. iij. Neq; quid ad labrum me attigit, sed adhuc iacet
Intactum quo. Et tibi ualde prompte placerem,
Si mihi tu amicus optatum hymnum cantaueris:
Et non te conuicior incipe o bone: cantilenam enim,
Non in infernum obliuiosum seruabis:
Thyr. Incipite bucolicam musæ amicę, incipite carmen:
Vir. æg. ix. Thyrsis hic autem ex æthna, & Thyrsidis suauis uox:
Vir. æg. x. Vbi tūc igitur eratis quādo Daphnis cōtabuit ubi tūc nym
An per Penei pulcra Tempe, an per Pindi? (phæ?
Vir. æg. x. Non enim fluminis magnum fluxum habebatis Anapi:
Neq; æthnæ speculam, neq; Acidis sacram undam
Incipite bucolicæ musæ charæ, incipite carmen:
Illum quidem linces, illum lupi rugierunt
Illumq; ex silua leo luxit mortuum.
Incipite bucolicam musæ charæ, incipite carmen:
Multi ei iuxta pedes boues, multi quoq; tauri
Multęq; uaccæ, & uitulæ mugierunt,
Incipite bucolicam musæ charæ, incipite carmen,
Vir. æg. x. Venit Mercurius primus à monte, dixitq;, Daphni
Quis te consumit? cuius o bone tantum amore caperis?
Incipite bucolicam musæ charę, incipite carmen:
Venerunt bubulci, pastores, caprarij uenerunt,
Vir. æg. x. Oēs interrogabant quod pateretur malū: Venit priapus,
Et ait, Daphni miser, cur te maceras? atq; puella

Omnes per fontes, omne nemus pedibus fertur
(Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen)
Quærens, ah crudelis quidam ualde & durus es:
Bubulcus quidem, dicebaris, nunc aũt caprario uiro similis,
Caprarius quando uidet capras quemadmodum coeunt,
Tabescit oculis, quia non hircus ipse factus sit,
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Et tu autem quoniã uides nymphas quemadmodũ rident,
Tabescis oculis, quia non cum illis tripudias:
Illis autem nihil respondit bubulcus: sed sibi ipsi
Acrescebat amarũ amorẽ, & ad finem festinabat mortis:
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Venit quidem iucunda & Venus ridens,
Clam quidem ridens, grauem autem iram habens,
Ait tu quidem amorem, iactabas me ò Daphni ligare, Vir.æn.1.
An non ipse tu, amore ab difficili ligatus es:
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Huic autem igitur & Daphnis respõdit, ò Venus grauis,
Venus odiosa, uenis mortalibus inimica:
Iam enim dicit omnia sol nobis, perit
Daphnis, & in inferno malus erit pudor amori.
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Vbi dicitur Venerem bubulcus uade ad Idam, Hom.il.2.
Vade ad Anchisen, illic, quercus: hic Cyperus Vir.æn.4.
Hic pulchræ bombilant in aluearijs apes.
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Pulcher & Adonis, quoniam etiam oues pascit:
Et lepores ferit, & feras omnes sequitur,
Incipite bucolicum musę charæ, incipite carmen:

Hom.il. 5. *Rursus ut sistas diomedem apud uadens.*
Et dic bubulcum uinco Daphnim, sed pugna mecum:
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
O' lupi, ò lynces, ò per montes latentes ursi
Valete, bubulcus uobis ego Daphnis, nõ amplius per syluã;
Non amplius per lucos, non nemora, Vale Arethusa:
Et fluuij, qui funditis pulchram in Thymbride undam.
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
Daphnis ego hic ille boues hic pascens
Daphnis tauros, & iuuencas hic potum ducens.
Incipite bucolicum musæ charæ, incipite carmen:
O' pan, pan siue es per montes magnos lycæi,
Siue tu circumuis, magnum Mænalum huc ad insulam
Siciliam. Helicæq; linque promontoriũ, altumq; sepulchrũ
Illud Licaonis filij, etiam beatis admirabile.
Vir. eg. viij *Desinite bucolicum musæ agite, desinite carmen:*
Huc ò rex, & quidem fer, bene laborata dulci sonantem,
Ex cera fistulam pulchram ad labrum illitam,
Certe ego præ amore ad inferni portam trahor iam.
Desinite bucolicum musæ agite, desinite carmen:
Vir. eg. viij *Nunc uiolas quidem feratis rubi, feratisq; spina:*
Et pulchra Narcissus in iuniperis, flore,
Vir. eg. viij *Omniaq; contraria fiant, & pinus pira producat,*
Daphnis quoniam moritur, & canes ceruus trahat.
Et ex montibus bubones cum luscinijs dulce canent.
Desinite bucolicum musæ age, desinite carmen:
Et hic quidem tot dicens requieuit: Illum autem uenus
Volebat erigere: quidem lina omnia defecerant
Ex parcis, & Daphnis ascendit fluuium, soluit uortex

Musis amicum uirum, non nymphis inimicum.
Desinite bucolicum musæ agite, desinite carmen,
Et tu da capram, & poculum, ut cum mulsero,
Sacrificem musis, ò saluete sepius musæ,
Saluete, ego autem uobis & in posterum iucundius canam,
Plenum tibi melle pulchrum os tibi fiat, **Cap.**
Plenumq; fauis, & ab agilo caricam comedas
Suauem, cicada quoniam tu melius canis:
Ecce autem tibi poculum, aspice amice ut pulchre olet:
Veris plenum fuisse illud apud fontes putabis:
Huc ueni cissetha: tu autem mulge illam: sed ò capellæ
Ne exultetis: ne hircus uos ascendat.

ARGVMENTVM. II. IDYLLI.

SVbijcitur Simætha Delphidis cuiusdam amore capta, quem pueriliter defatigatum in palæstra Simætha philtrisq; , & medicaminibus amatorijs opera cuiusdã ancillæ Thestylidis adiuta ad se ipsam conatur trahere, inuocans Lunam, & Hecaten, ueluti in amore adiutrices, nocturnas Deas. Thestylida autem Theocritus parum apte ex Sophronis transtulit mimis.

IDYLLION SECVNDVM.

V*Bi mihi laurus? fer ò Theſtylis: ubi au*
tem philtra?
Corona poculum puniceo ouis uel-
lere,
Vt meum moleſtantem amicum ex-
cantem uirum
Qui mihi dodecateus, ex quo miſer nunquàm uenit:
Neq; cognouit utrum mortuæ, an uiuæ ſumus:
Neq; fores pulſauit inimicus: certe ei alio
Abijt habens & amor uelocia precordia, & Venus:
Ibo ad Timageti paleſtram:
Cras ut illum uideam: & accuſem quibus me afficit:
Nunc autem illum expians excantabo: ſed ò luna
Appare pulcre: tibi enim canam quiete dea,
Et terreſtri Hecate, quam catuli tremunt,
Venientem mortuorũq; per ſepulchra, & nigrũ ſanguinẽ:
Salue Hecate noxia, & ad finem nos ſequere,
Pharmaca hæc faciens peiora neq; quid circes
Neq; quid Medea, neq; flaua Perimeda
Vir.eg.viij *Iynx trahe tu illum meum ad domum maritum*
Mola tibi primum igne conſumuntur: ſed inſparge
Theſtyli miſera, quo mente euolaſti?
An odioſa & tibi ridicula facta ſum?
Sparge, ſimul, & dic hęc Delphidis oſſa ſpargo:
Vir.eg.viij *Iynx duc tu illum meum ad domum maritum:*
Delphis me contriſtauit, ego aũt hanc in Delphide laurum

ro: & ut ipsa strepit ualde incensa,
t statim cóbusta est, & nó quidé cinerē uidimus ipsius:
Sic & Delphis in flamma carnem in cinerem redigatur.
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum.
Vt hanc cæram ego cum dea liquefacio, Vir.eg.viij
Sic liquefiat prę amore Myndius statim Delphis,
Et ut uertatur hic rhombus ęneus ex Venere,
Sic ille uertatur in meis ianuis,
Iynx duc tu illum meum ad domum uirum:
Nunc uram furfures: Tu autem Diana etiam in inferno
Moueres sanè adamantem, & si quid quidé durum aliud.
Thestyli canes nobis per urbem latrant, Vir.eg.viij
Dea in triuijs: es ut cito strepit:
Iynx duc tu illum meum ad domum uirum:
Nunc autem silet quidem pontus, silent q; flamina:
Sed mea non silet pectora intus tristicia:
Sed in illo omnis consumor, qui me miseram
Pro muliere fecit miseram, & non uirginem esse.
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum:
Ad ter libo, & ter hæc ueneranda dico: Vir.eg.viij
Siue mulier illi assidet, siue etiam puer:
Tot habeat obliuia, quot quando Thesea dicunt,
In insula dea oblitum fuisse bene crinitę Ariadnes.
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum.
Hippomanes planta est apud arcades: hac autem omnes
Et pulli insaniunt per montes, & ueloces ęquæ, Vir.eg.viij
Sic & Delphin uideam ad hanc domum transire
Furenti similem, nitidam extra palestram.
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum:

Vir.eg.viij Hunc à chlena limbum perdidit Delphis:
: Quem ego uellens duro in igne iacio:
Heu heu amor odiose, quid meum ex corpore sanguinem
Inhærens, ut palustris omnem hirudo exugisti?
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum.
Lacertum tibi concerens potum malum cras feram.
Vir.eg.viij Thestyli nunc autem capiens tu medicamina hæc pinse
Illius ianuam supra, ex qua etiam & nunc
Animo pependi: Hic meum sermonem nihili facit:
Et dic insusurrans Delphidis ossa spargo.
Iynx duc tu illum meum ad domum maritum:
Nunc quidem sola existens unde amorem lacrimabor:
Et unde incipiam? quis mihi malum induxit hoc?
Venit Hybulij filia canephora nobis Anaxo
Nemus ad Dianæ: hanc sanè tunc multæ quidem altæ
Feræ sequutæ sunt circum, erat autem Leæna.
Dic meus amor unde uenit ueneranda selina?
Et me theumerida trhax nutrix Macarij filia
Vicina manens, præcata est, & exorauit
Pompam spectatum ire: ego autem eam infelix
Sequebar: bissi pulchra trahens uestem,
Et circum induta xistidam.
Dic meum amorem unde uenit ueneranda luna.
Iam autem existens mediam ad orbitam ubi Liconis
Vidi Delphin simulq́; & eudamippum euntes:
His autem erat flauior quidem helichryso gena,
Pectoraq́; lucentia multo plus, quàm tu ò luna:
Sic gymnasij pulchrum laborem nuper relinquentium.
Dic meum amorem unde uenit casta luna

Et ut

Et ut uidi,ut insaniui:ut mihi animus lesus est
Miseræ:aũt pulchritudo tabuit,sed non aũt amplius Pōpæ
Illius curabam:neq;,ut rursus domum perueni,
Cognoui:sed me quidam igneus morbus exhausit:
Iacebam autem in lecto decem dies,& decem noctes.
Dic meum amorem unde uenit casta Diana.
Et meum corpus quidem simile factum est sæpe thaxo:
Defluebant aũt ex capite omnes capilli, ipsa autem reliqua
Ossa adhuc erant,& pellis:& ad cuius non transiui?
Vel cuius reliqui uetulæ domum?quæ cunq; excantabat:
Sed erat nihil leue,sed tempus properabat fugiens.
Dic meum amorem unde uenit pudica Diana.
Et sic seruæ uerum sermonem dixi,
Si uis age Thestyli *mihi graui morbo inuenito quondã re=*
Totum habet me miseram Myndius:*sed uadens (mediũ.*
Obserua ad Timagiti *palestram,*
Illuc enim uadit,illic autem ei iucundum sedere,
Dic meum amorem,unde uenit ueneranda luna.
Et postquàm existentem didiceris solum,quiete annue:
Et dic,quòd Simætha *te uocat:& duc huc:*
Sic dicebam:hæc autem uenit,& duxit nitidum corpus
Ad meam domum Delphin:*ego autem illum ut sensi*
Nuper foris super limen ascendentem pede leui,
(Dic meum amorem,unde uenit casta selina)
Tota quidem frigui niue plus,ex autem fronte
Sudor,mea defluebat æqualiter australibus roribus,
Neq; quid loqui poteram,neq, quantum in somno
Vagiunt uocantes charam iuxta matrem filij,
Sed inducebam sertis pulchrum corpus simile

Dic meum amorem, unde uenit casta Diana.
Et me aspiciens implacabilis in terra oculos fixus,
Sedit in lecto, & sedens dixit sermonem:
Certe me Simætha tantum superasti, quantum ego
Pridie aliquando gratiosum præueni Philinum,
Ad tuum uocans hoc tectum, ubi me adesse.
Dic meum amorem, unde uenit casta Diana.
Venit enim & ego certe per dulcem (ueni) amorem:
Vel tertius, uel quartus existens amicus, statim nocte
Poma quidem in sinibus Dionisij seruans,
Capite autem habens populum herculis sacrum germen,
Vndique purpureis infulis illitam.
Dic meum amorem, unde uenit ueneranda selina.
Et me siquidē admiseritis, hęc erunt grata, etenim agilis,
Et pulcher omnes inter semideos uocor:
Quieuerimq; si tantum pulchrum os osculatus sum:
Si autem alio me expuleritis, & foris teneatur sera,
Omnino & secures, & lampades ueniam in uos.
Dic meum amorem, unde uenit ueneranda luna.
Nunc aūt gratiam quidem inquā ueneri primum debere,
Et post Venerem tu me secunda ex igne exthraxisti
O' mulier, uocans tuam ad hanc domum
Huc semiustum: amor autem igitur etiam Lipareo
Sæpius igni, splendorem ardentiorem ardet.
Dic meum amorem, unde uenit ueneranda luna.
Cumq; malis furoribus, et uirginem ex thalamo, ut Medeā,
Et sponsam absterruit adhuc cubilia calida relinquentem
Mariti: sic hic quidem dixit: ego autem ei credula
Manum tangens mollibus inclinaui in lectis,

Et cito corpus in corpore mollitum est, & facies
Calidiores erant quàm ante: & insusurrabamus iucunde.
Et ut & tibi ne longa ò amica conturbem luna
facta sum maxima: & ad desiderium uenimus ambo.
Et non antea ille me accusauerat usque heri,
Neque ego rursus illam: sed uenit mihi Philaste
Mater meæ tibicinæ, &. Melixus
Hodie quandoquidem per cælum currebant equi,
Aurorã roseos cubitus habentẽ ab oceano ferentes, (erat,
Et dixit mihi aliaq; multa: et ut sanè Delphis amore captus
Et siue illum rursus mulieris habet desideriũ; siue & pueri
Non dixit uere scire, sed tantum, semper amoris
Mero madebat, & ad finem abijt fugiens:
Et dixit ei coronis domos illas ornare:
Hæc mihi hospita loquuta est: est autem ueridica.
Hæc enim mihi & ter, & quater alias uenit:
Et apud me posuit corynthiacum sæpe lecythum:
Nunc autem dodecateus, ex quo illum neq; unquàm uidi,
An non aliud quid delectabile habet? nostri aũt oblitus est?
Nunc quidem philtris expiabo, si autem amplius & me
Contristauerit, inferni portam (per parcas) pulsabit.
Talia ei in cista mala pharmaca puto seruare,
Assyrio ò domina ab hospite edocta:
Sed tu quidem gaudens ad oceanum flecte equos
Veneranda: ego aũt feram meũ laborem ut quidẽ sustinui:
Vale luna nitidum corpus, ualeteq; aliæ
Stellæ silentis ad currum noctis comites.

ARGVMENTVM. III. IDYLLII.

INscribitur hoc quidem Idyllion Æpolus, aut Amaryllis, siue comastes. laudat autē petulanter quispiā Amaryllida, ipsius nomine non explicato, unde conijceri poterit procantem illum Batum esse: hunc enim caprarium in proximo Idyllio facit alloqui Corydonem, & amorem, quo Amaryllida prosequebatur, communicantem, res fuit in Italia apud Crotonem Siciliæ: quare & ab Amaryllide materiam sumit, uerum poëtæ persona esse potuerit, ut Munatius ait, cum dicat lasciuientem, num tibi simus uideor. errauit enim in temporibus: fert autem lasciuus procus dona, uidelicet poma et coronas Amaryllidi, ut recipiatur: illa uero non sermone ipsum dignatur: qua propter moerore uitam finire constituit: carmen ipsum lasciuium est, Tityri nomen non nulli quidem proprium, non nulli uero Satyri, esse dicunt, quidem uero propter simū, Theocritum putant lasciuire, σιμιχίδην uocantes, historia apud Apollonium.

AEPOLVS VEL AMARYLLIS, QVI ET COMASTES.

IDYLLION TERTIVM.

VAdo ad Amaryllida; autem mihi capræ Vir.eg.ix.
Paſcũtur per montẽ, et Tityrus illas ducit:
Tityre mihi pulchre amate paſce capellas;
Et ad fontem age tityre, & teſticulatum Vir.eg.i
Libycum album caue ne te feriat:
O' gratioſa Amarylli, cur me non etiam hoc per antrum
Flectens uocas amatorculum? an me odiſti
An tibi ſimus uideor prope eſſe.
Nympha, & barbatus? meri me facies. Vir.eg.ij.
Ecce autem tibi decem mala fero, inde, ſumpſi,
Ex quo me iuſſiſti ſumere tu, & cras altera tibi feram, Vir.eg.iij.
Aſpice quidẽ animum cruciantem mihi curam: utinã fierẽ
Bombilans apis, & ad tuum antrum uenirem
Hæderam ingreſſus, & filicem, qua tu ornaris:
Nunc noui amorem: grauis deus: certe leæne Vir.eg.viij
Mamam ſuxit, ſyluaq; illum nutriuit mater:
Qui me incendens & ad os uſq; ledit,
O' pulchre aſpiciens, penitus ſaxũ: ò ceruleos oculos habẽs
Nympha. amplectere me æpolum, ut te oſculer,
Eſt & in ſolis oſculis iucunda delectatio:
Sertum. laniare me ſtatim minutiſſime facies
Quam tibi ego Amarylli cara hederæ ſeruo
Intexens racemis, & bene olentibus apijs.

Vir.eg.viij Heu ego quid patior quid saluari difficilis? non exaudis?
Vestem exuens in undas illas desiliam,
Vbi quidem tinos speculator Olpis piscator,
Et si non moriar, tamen tua delectatio facta est,
Cognoui prius quando, me signum capiente, si amares me:
Neq; papaueris folium emisit strepitum,
Sed frustra teneris digitis contabuit.
Dixit & Agrio uera cribrouates,
Prius segetem colligens, spicilega, quòd ego quidem
Tibi totus incumbo: tu autem meum sermonē nihili facis:
Certe tibi albam gemelli param capram seruo:
Vir. æg.ij. Quam me & Merimnonis Erithacis nigra corpus
petit: & dabo ei quoniam mihi deliciaris,
Salit oculus meus dexter, an uidebo,
Ipsam: canam ad pinum hic inclinatus,
Et me forte aspiciat, quoniam non adamantina est
Hippomenes, quandoquidem uirginem uoluit ducere
Mala in manibus capiens, cursum expediuit: aūt Atalanta
Vir.eg.viij Vt uidit, ut insaniuit, ut in profundum saliit amorem:
Armentum & uates ab Othri duxit Melampus
Ad Pylon: autem Biantis in ulnis iacuit
Mater gratiosa prudentis Alphesibeæ:
Autem pulchram Venerem in montibus oues pascens,
Non sic Adonis in plus rabie.
Quòd neq; mortuum illum procul à sinu posuit.
Felicem iudicoq; cara mulier Iasonem,
Inuidiosus quidem mihi immutabilem somnum dormiens
Endymion: felicem iudico autem cara mulier Iasioni
Qui tot adeptus est quot non intelligetis prophani

Doleo caput: tibi autem non curæ est: non amplius canam:
Iacebo autem cadens: & lupi hic me comedunt;
Vt mel tibi dulce hoc in gutture fiet.

ARGVMENTVM. IIII. IDYLLII.

HOc *Idyllion bucolicum est, Battus siquidem capra rius, Corydon uero bubulcus, hi inter se contendunt amabæo carmine: fingit autem Theocritus Corydonem boues pascentem bubulci cuiusdam Ægonis, quem dicit ad olympiacum certamen à Milone palæstrita deductum, for tem scilicet existentem, ut illic pugnaret, Battum uero audientem, & dicentem, quòd malum boues sortiti sint bubulcum, & quòd sunt macie confecti. atq; eadem finguntur apud Crotonem Siciliæ, uetustior quidem Milon Theocrito, siquidem cætus septima lucta uicit, quando Theocritus circa centesima olympiade floruit.*

NOMEIS IDYLLION QVARTVM. BATTVS, ET CORYDON.

Vir. æg. iij.

Ic mihi ò Corydon, cuius boues? an= ne Philondæ? Bat.
Non, uerum Ægonis: pascere autem mihi ipsas dedit: Cor.
Certe, ipsas clam ad uesperam omnes mulges? Bat. Vir. æg. iij.
Sed senex uitulos, & me seruat. Cor.
Ipse autem ad quam disparens bubulcus abijt regionem? Bat.

Cor. Non audiuisti? ducens illum ad Alpheum abijt Milon.
Bat. Et quando ille oleum oculis inspexit?
Cor. Aiunt illum Herculi ui & pulchritudine contendere.
Bat. Et mihi dixit mater Polluce esse meliorem.
Cor. Et abijt habens ligonemq;, & uiginti hinc armenta.
Bat. Suadere tibi milon & lupos statim rabire.
Cor. Vitulæ autem illum mugientes hic desiderant.
Bat. Miseræ quidem ipsæ bubulcum ut malum inuenerunt.
Cor. Certe miseræ quidem, & non amplius uolunt pascere.
Bat. Illius quidem sanè uitulæ ipsa relicta sunt
Ossa: num rores comedit tanquàm cicada?
Cor. Minime: interdum quidem illam in æsaro pascens,
Et mollis graminis pulchrum fascem do,
Vir. eg. iij. Interdũ autem exultans pascitur umbrosum circa latimnũ.
Bat. Macer quidem & taurus ruffus, utinam sortiantur
Lampriadæ papuli, quando sacrificant
Iunoni, talem: inutilis enim populus.
Cor. Et quidem ad malinnum impellitur, adq; partes Phiscii.
Et ad Neæthum, ubi bona omnia nascuntur,
Ægipyrus, & enixa, & bene olens meliteia.
Bat. Heu heu: ibunt & uaccæ, ò miser ægon
Ad infernũ; quando & tu male amore captus es uictoriæ.
Et phystula carie corrumpitur, quam olim compegisti:
Cor. Non illa non per nymphas: quoniam ad pisam uadens
Donum mihi illam reliquit: ego autem sum dulcicantor:
Et bene quidem glaucæ, canto: beneq; Pyrrhi,
Laudoq; Crotonem: pulchra ciuitas atq; Zazinthus,
Et orientalem Lacinium, ubi quidem pugil
Ægon octoginta solus comedit panes:

Illic & taurum à monte duxit capiens
Vngula, & dedit Amaryllidi: sed mulieres
Valde exclamauerunt, & bubulcus risit.
O gratiosa Amarylli, solius tui neq; mortuæ Bat.
Obliuiscemur: quantum capræ cæræ, tantum migrauit
Heu heu duri ualde demonis, qui me sortitus est: Cor.
Confidere oportet chare Battæ: forte cras erit melius,
Spes in uiuentibus: sine spe autem mortui,
Et iupiter interdum quidem serenus est, interdū aūt pluit. Bat.
Confido: age deorsum uitulos: quia oliuæ Terent. in
Ramum comedunt, custoditu difficiles: st ilia albus. Phorm.
St Cymætha ad montem: non audis? Cor.
Veniam certe per Pana, malum finem statim daturus,
Nisi abis inde: ecce iterum rursus atq; serpit:
Vtinam esset mihi pedum lepores feriens, ut te percutiam.
Aspice me ò Corydon, per Iouem, quia spina Bat.
Nuper me hic percussit sub planta, ut autem profundæ
Tractylides sunt: Male uitula pereat:
Ad ipsam percussus sum inhians: an quidem uides,
Certe, certe: unguibus teneo q; illam, ecce & ipsa: Cor.
Tantillum est uulnus, & tantum uirum domat: Bat.
Ad montem quando uadis, ne nudipes uade Batte, Cor.
Quia in monte, ramniq;, & tribuli crescunt.
Dic age mihi ò Corydon, uetulus an amplius subigit Bat.
Illā oculos ceruleos habentē amasiolā? qua olim inflamatus
Nuper quidē ò miser: paulo ante quidē ipse accedēs: (est. Cor.
Et in mandra deprehendi quando operaretur.
Euge ò uir lasciue genere uel satyriscis Bat.
Proxime, uel panibus pedibus laceris certas.

ARGVMENTVM. V. IDYLLI.

IDyllium hoc αὐτοπολικὸν ac ποιμενικον inscribitur. Colloquuntur enim inuicem in Italia, opilio & caprarius. Est'q; magis dramaticum, quum nullum poëtæ persona locum habeat. Cæterùm caprarij nomen Comatas, qui & Eumaræ pastoris Sybaritani pascit capras. Opilionis aũt nomen est Lacon, qui Thuriæ Sybaritę pecora pascit. Habet uerò Comatas puellã adamatã sibi, Alcippen nomine, at Lacon Eumeden adolescentem. Ergo de cantandi peritia contendentes, mutuo sese prouocant, ac uictoriæ præmium constituunt: caprarius quidem hircum, agnum uero opilio: Morsonem'q; carminum iudicem deligunt. Itaque finito certamine, Morson arbiter caprarium uictorem pronunciat, unde is gloriabundus capellas alloquitur, & hircũ in capras impetum inhibere conatur, sacrificium uictorile Nymphis instruens.

THEOCRITI IDYLLION V. INTERLOCVTORES. COMATAS, & LACON.

Com. Capræ meæ illum pastorem sibariten
Fugite Laconẽ, meã pelliceã heri furatus ẽ
Lac. Non à fonte: st, agni: non uidetis
Vir. æg. iij. Meã fistulã paulo ante furatum comatum?
Com. Quam fistulam: tu enim quando serue sibarita
Possedisti fistulam? quid autem? non etiã cum Corydone,
Sufficit tibi stipulæ tibiam uel fistulam inflare habenti.

Quam mihi dedit Licon ò liber:tibi autem quam Lac.
Lacon furatus, quando abijt, pelliceam? dic ò Comata.
Neq; enim eumaræ Hero erat indormire:
Quam crocylus mihi dedit maculosam, quando sacrificauit Com.
Nymphis capram: Tu autem ò male, & tunc tabuisti
Inuidens: & nunc quidem post tandem nudum posuisti.
Non per ipsum Pana litoralem, non te quidem Lacon Lac.
Veste exuit Calethidis: uel ab illa
Petra ò uir, insaniens in crathim desiliam.
Non quidem, neq; per ipsas palustres ò bone nymphas, Com.
Quæ & mihi placabilesq;, & beniuolæ sint:
Non tuam fistulam latens furatus est Comatas.
Si tibi crederem Daphnidis dolores patiar: Lac.
Verum igitur si uis hedum ponere, est quidem nihil
Sacrum: sed sanè tibi canam quoad renuncies:
Sus cum minerua litem contendit, nunc autem iacet, Com.
Hedus: sed age & tu bene pastum agnum contende, Vir. eg. iij.
Et quomodo ò uulpes hæc bene erunt ex æquo nobis? Lac.
Quis setas pro uelleribus totundit? quis autem præsente
Capra primipara malam canem uult mulgere.
Quicunq; uincere proximum, ut tu persuades Com.
Vespa bombilans cicadem contra, sed enim non
Hedus æqualis? tu uide, hircus iste: contende
Ne festina, non enim quidem igne calefis: suauius canes Lac.
Hic sub oleastro, & nemora hæc sedens Vir. æg. v.
Frigida aqua illic defluit, hic facta est
Herba, & stibas, & locustæ hic canunt:
Sed non quid festino. ualde autem doleo, si tu me audes Com.
Oculis rectis aspicere: quem olim existentem

Puerum adhuc, ego edocui, uide gratia adquid serpit!
Nutri & lupulos, nutri canes ut te comedant:

Lac. Et quãdo ego abs te aliquid discens pulchrũ, uel & audiẽs
Memini ò inuide tu & impudens homuncio frustra.

Com. Quando pedicaui te, tu autem doluisti, hæ autem capræ
Ballabant, & hircus ipsas terebrabat,

Lac. Ne tu profundius illa pedicatione ò inclinate sepeliaris:
Sed enim serpe hic serpe: & extrema bucolica canes,

Com. Non serpam illuc, illic quercus, hic cyperus
Hic pulchre bombilant in aluearibus apes,
Hic aquæ frigidæ fontes duo, & in arbore
Volucres garriunt, & umbra nihil similis
Apud te: iacit autem & pinus excelso conos,

Lac. Certe agnorum pellesq;, & uellera hic calcabis
Si ueneris, somno molliora: autem hircinæ pelles,
Quæ apud te olent peius, quàm tu quidem oles,
Statuam autem crateram magnam albi lactis
Nymphis, statuamq; & dulcis aliam olei.

Com. Si autem & tu ueneris mollem felicem hic calcabis:
Et pulegium florens, suberuntq; caprarum
Pelles: apud te molliores sępius agnorum pellibus,
Statuamq; octo quidem gaulos pani lactis,
Octoq; scaphidas melis plenos fauos habentes,

Lac. Inde mihi contende & illic bucolica cane
Tui ipsius, terram calcans, habe arbores: sed quis nobis,
Quis iudicabit? utinam ueniret nunc bubulcus hic lycopas

Com. Nihil ego illius egeo: sed uirum
Si uis lignifissorem uocabimus, qui Ericas
Illas apud te lignatur: est autem Morson

Vocemus. Co. Tu uoca illum La. Age ò hospes parũ audi Vir. eg. iij.
Huc ueniens: Nos enim contendimus quis melior Lac.
Bucolicorum cantor est: tu autem ò amice, neq; me, Morson
In gratia iudicaueris, neq;, existens tu, hunc adiuues.
Certe per nymphas certæ Morson neq; comatæ Com.
Plus faueas, neq;, existens tu, huic gratificatus fueris:
Hoc autem armentum thurij est sybaritæ
Eumaræ autem capras uides amice sybaritæ?
Num te aliquis rogabat per Iouem siue sibaritæ, Lac.
Siue meum est ò pessime armentum, ut loquax es?
Optime tu, ego quidem uera omnia dico, Com.
Et nihil glorior: Tu autem ualde conuicij amator es:
Eia dic, se quid dicisset hospitem ad urbẽ iterum, ne occide Lac.
tua garrulitate,
Viuentẽ dimitte, ò Apollo, certe multi loquus fuisti coma= Vir. æg. iij.
Musæ me amant longe plus quàm canentem (tæ. Com.
Daphnim, ego aũt ipsis capras duas paulo ante olim sacri Vir. eg. iij.
Et enim me Phebus amat ualde & pulchrũ illi (ficaui. Lac.
Arietem ego pasco: sed carnea & iam ueniunt:
Præter duas, reliquas gemelli paras capras mulgeo: Com.
Et me puella aspiciens, miser, dicit, ipse mulges?
Heu heu lacon talaros fere uigenti imples Lac.
Caseo, & imberbem in floribus puerum subigis? Vir. æg. iij.
Ferit me pomis pastorem clearistæ filia, Com.
Capras ducentem, & suaue quid sibilat,
Et mihi enim Cratidas pastori facetus occurrens Lac.
Insanire facit: nitidaq; per collum mouetur coma. Vir. æg. iij
Sed non comparanda sunt cynosbatus neq; anemona, Com.
Cum Rosa, quarum flores in sepibus nascuntur:

Lac. Neq; enim neq; glandibus poma filuestria: hæ aut habent
Subtilem arbore testam, hæ autem flauæ.

Com. Et ego quidem dabo uirgini statim palumbum

Vir. eg. iij. Ex iunipero accipiens: illic enim sedet.

Lac. Sed ego uestem molli lana, quando totundero
Ouem nigram, Cratidæ donabo ipse.

Com. St. ab oleastro capre, hic pascite
Ad decliuum hunc collem ubi miricæ.

Lac. Non ab arbore tu ò conare, & Cynætha
Hic pascite ad ortus, ut phalarus.

Com. Est autem mihi gaulus cupressinus, estq; crater,
Opus Praxi telis, puellæ autem hæc seruo.

Lac. Et nobis est canis armentum amans, qui lupos strangulat,
Quem puero do feras omnes sectari.

Com. Locustæ, quæ sepem transilitis meam,
Ne meas ledite uites, sunt enim pubentes.

Lac. Cicadæ uidetis, æpolum ut irrito,
Sic & uos sanè irritate messores.

Com. Odi densi caudas uulpes, quæ Miconis
Semper accedentes uespere comedunt.

Lac. Et enim ego odi scarabeos, qui philondæ

Vir. eg. iij. Ficos comedentes inuisibiles feruntes.

Com. An non meministi, quando ego te subegi? & tu ridens
Bene mouebaris, & arborem tenebas illam?

Lac. Hoc quidem non memini: quando quidem hic te ligans,
Eumaras subegit, benè ualde hoc quidem scio.

Com. Iam quis ò Morson irascitur non sensisti?
Squillas iens ueteres à sepulchro statim euellas,

Lac. Et ego quidē uellico ò Morson quempiam, & tu aūt uides?

Vadens cyclaminum fode dum ad Allenta.
Tinera pro aqua fluit lac, & tu autem crathi. Com.
Vino purpureus fias & Tisia frustum ferant.
Fluat & ò sybaritis tibi mel: & ad matutinum Lac.
Puella pro aqua calpidem fauis tingat,
Equidem meæ cytisumq; & Ægilum capræ comedunt, Com.
Et schinum calcant, & in fragis iacent,
Meis autem ouibus adest melitea Lac.
Ad pascendum: multa autem & ut rosæ, hedera floreat.
Non amo Alcippen, quia me paulo ante non osculata est, Com.
Auribus capiens, quando ei palumbem dedi.
Sed ego eumiden amo ualde: & enim quando ipsi Lac.
Fistulam porrexi, pulchrũ quid me abunde osculatus est.
Non fas ò Lacon cum luscinia picas contendere, Com.
Neq; upupas cygnis: Tu autem ò miser, es rixę amotor.
Cessare iubeo opilionem: Tibi autem ò comata Mor.
Donat Morson agnam: & tu autem sacrificans
Nymphis, Morsoni pulchram carnem statim mitte,
Mittam certe per Pana: exulta omnis hircalorum Com.
Nunc grex: & ego enim uide ut ualde hoc cachinabor
Contra Laconem opilionem, quod quando iam
Consequutus sum agnum, ad cælum uobis saliam,
Capræ meæ confidite cornutæ, cras uos
Omnes ego lauabo Sybaritidis in fontibus.
Tu ò leucata cornupeta, si aliquam futues
Caprarum, castrabo te prius, quàm me sacrificasse
Musis agnum: hic rursus iterum: sed fiam,
Si non te castrem, Melanthus pro Comata.

ARGVMENTVM. VI. IDYLLI.

DAmœtas & Daphnis messis tempore circa meridiem, in unum locum pecora cogunt, & alternis materiam de Cyclope canunt. Inter quos Daphnis exordio cantilenæ sumpto, ueluti Cyclopem alloquitur, ex cuius persona, Polyphemi scilicet, Damœtas respondet. Res in Sicilia gesta. Disputat autem Poeta cum Arato, cuius etiā in Thalysijs meminit, & alibi. ὤρχατος δ᾽ ὁ τὰ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι Ἰήνῳ. Et iterum: Μηκέτι φρουρῶμες ἐπὶ προθύροισιν Ἄρατε. Potest autem Aratus is esse Poeta, cuius etiamnum Phænomena extant.

THEOCRITI BVCOLIASTÆ.

Dametas, & Daphnis.

IDYLLION SEXTVM.

DAmetas, & Daphnis pastor in unum locum
Vir. eg. vij. Armentum olim, ò Arate compulerant, erat autem hic quidem ipsorum
Barbatus, hic semibarbatus: ad fontem aūt quēpiam ambo
Sedentes æstatis medio die, talia cecinerunt,
Primusq; incœpit Daphnis, quoniā & primus indixerat.
Daph. Ferit tibi Polypheme armentum Galatea
Pomis, caprarium uirum prouocans,
Et tu illam non uides miser miser, sed sedes,
Dulciter canens: rursus hæc uide canem ferit,
Quæ te ouium sequitur custos, hæcq; latrat,

In mare prospiciens: autem illam pulchræ undæ ostendunt
Quietæ, strepenti in littore currentem:
Caue ne puellæ in crura impetum facias
Ex mari uenientis, & corpus pulchrum laceres:
Hæc & suapte corrumpitur, ut à spina.
Ignitæ Comæ, pulchra æstas, quando feruet:
Et fugit amantem, & non amantem sequitur,
Et à linea mouet lapidem: certe amori
Sepius ò Polypheme non pulchra, pulchra uisa sunt:
Hunc autem post, incœpit & hoc canere.
Vidi certe per Pana, armentum quando feriit, Cam.
Et non me latuit. Non per meum unum dulcem, quo uideo
Vsq; ad mortem: sed uates Telemus inimica nuncians,
Inimica ferat ad domum, ut filijs seruet:
Sed & ipse ego ardens rursus, non uideo
Sed, aliam quandam dico mulierem habere, Hæc audiens
Zelat me ò Apollo & tabescit, eq; mari
Furit, aspiciens ad antraq;, & ad armenta,
Quiete aũt allatrare illam & cani, & enim quando amabã
Illam ringebat ad crura rictum habens:
Hæc autem forte uidens facientem me sæpius mittet
Nuncium: At ego claudam fores quoad iurauerit,
Ipsa mihi sternere pulchra cubilia hac in insula:
Et enim neq; formam habeo malam, ut me dicunt: Vir. æg. ij.
Certe paulo ante ad pontum uidi, erat autem tranquilitas:
Et pulchræ quidem barbæ, pulchraq; mihi una pupilla,
Vt apud me iudicatum est, uisa est: autem dentium
Albiorem candorem pario ostendit lapide,
Vt non fasciner autem ter in meum spui sinum,

C

Hæc enim anus me Cotyttaris edocuit:
Quæ paulo ante messoribus apud Ippocionem cantabat.
Tot dicens Daphnin Damætas osculatus est:
Et hic quidem huic fistulam, hic autem huic tibiam dedit:
Tibia canebat Damætas, fistula canebat aũt Daphnis bu=
Tripudiabant in molli uitulæ statim herba: (bulaus:
Vir.eg.iij. Vicit quidem nullus, inuicti nam facti sunt.

ARGVMENTVM. VII. IDYLLII.

Titulus Idyllij huius est Thalysia, res in Coo insula acta. eo enim peregre profectus Theocritus, quum ad Ptolemæum regem concessisset Alexandriam, à Phrasidemo & Antigene Lycopei filijs in amicitiam receptus est, uocatusq; in agrum ab ijsdẽ ad Thalysia Cererũ post importatos fructus festa, cum Eucrito & Amynta una proficiscitur. Enumerat igitur quomodo in itinere forte fortuna inciderit in Lycidẽ Cydoniẽsem ex Creta, quidq; inter se mutuo de suis scilicet amoribus contulerint. Siquidem Lycidas pueri cuiusdam Mitylenæi amore tenebatur, Ageanactis nomine, nec minus Myrtoa deperibat Theocritus: tandem hic à Lycida pedum dono accipit, quod λαγωβόλον poëta uocat: sicq; demum à se discedunt inuicẽ.

THEOCRITI THALYSIA VEL HODOEPORICVM. IDYLLION SEPTIMVM.

Descriptio itineris Theocritiani in Choo insulam.

Rat tempus quando egoq́;,& Eucritus in Alento
Serpsimus ex urbe,cum & tertius nobis Amyntas:
Cereri enim sacrificabat Thalysia et Phrasidamus,
Et Antigenes duo filij Leucopei:si quod quidem bonum
A' bonis adhuc antiquis,à Clitiaq́;,& ipso
Chalcone:burinam,qui ex pede fecit fontem,
Bene innixus petræ genu,& apud ipsum
Populiq́;,ulmiq́; umbrosum lucum ostendebant,
Virentibus folijs umbrosæ Comantes:
Et nondum mediam uiam expediuimus, neq; sepulchrum Vir.eg.ix.
Nobis Brasilæ apparebat,& quendam uiatorem
Bonum cum musis Cydoniam inuenimus uirum,
Nomen quidē Lycidan: erat aūt caprarius, ne q; aliqs illū
Ignorasset uidens: quoniam caprario maxime similis erat,
Ex quidem enim denso pilidenso habebat hirco
Albam pelle Humeris,noui coaguli olentem.
Circumq́; ei pectora uetus fibulabatur peplus,
Zona lata:curuamq́; habebat oleastri
Dextra corynam:& mihi intrepide dixit hiscens

Oculo ridenti: risus autem ei tetigit labrum,
Vir. eg. ix. Simichida quo nam tu meridie pedes trahis?
Quandoquidem & lacertus in sepibus dormit.
Neq; insepulchrales à laudæ uagantur.
An ad epulum uocatus festinas? an alicuius ciuium
Torcular ad accedis? sic tui pedibus euntis:
Omnis lapis lædens ad calceos strepit?
Huic autem ego respondi lycida charæ, dicunt te omnes
Esse fistularum ualde prestantem, inq; pastoribus,
Inq; messoribus: quod sanè ualdę animum lætificat
Nostrum: etsi secundum meum animum æquiperare
Spero: hæc uia: hæc Thalysiaca: & enim amici
Viri bene peplatæ cereri epulum perficiunt,
Fertilitatis primitias soluẽtes: Valde enim sibi pingui mẽ=
Dea bene ordeatam impleuit aream: (sura
Sed age dum, communis enim uia, communisq; & dies
Conamur: forte alter alterum iuuabit:
Vir. eg. ix. Et enim ego musarum ardens os: & me dicunt
Omnes cantorẽ optimum: ego aũt quidã nõ cito credulus:
Neq; enim nundum secundum meam mentem, neq; bonum
Sicelidam uinco ex samo, neq; Philetam
Canens: rana autem contra locustas ut quędam contendo,
Sic dicebam de industria: Hic caprarius iucundum ridens
Tibi, dixit, baculum donabo, quoniam es
Omne in ueritate formatum ex Ioue germen.
Sic mihi & artifex ualde odio est, qui quærat
Æqualem montis uertici facere domum, ò romedontis,
Et Musarum aues quotquot contra Homerum cantorem,
Contra ululantes frustra laborant,

Sed age bucolicam cito incipiamus cantilenam.
Theocrite & ego quidem uide amice, si tibi placet,
Hanc quam paulo ante in monte cantilenam elaboraui.
Erit Ageanacti pulchra nauigatio ad Mitylenen,
Etiam quando ab hesperijs hædis notus humidas sectatur
Vndas, & orion quando in oceano pedes tenet,
Si lycidam tostum ex amore
Liberat: callidus enim amor ipsius me ardet.
Et alcyones sternent undas, & mare,
Et notum, & eurum, qui extremas algas mouet;
Alcyones glaucis Nereidibus, quæ & maxime
Auium amatæ sunt, quotquot & quidem ex mari piscatio;
Ageanacti nauigationem soluenti ad Mitylenem,
Tranquilla omnia fiant, & nauigabilem portum ueniat,
Et ego illo in die Anethi, uel rosarum,
Vel & liliorum alborum coronam circum caput seruans,
Vlmaticum uinum à cratere hauriam,
Apud ignem inclinatus, fabam aũt quidã in igne torrebit, Vir. æg. v.
Et stibas erit ornata usq, ad cubitum,
Crixaq́, asphodeloq́;, multiflexoq́; selino,
Et bibo molliter memor Ageanactis.
Ipsis calicibus, & ad fecem labrum figens,
Tibia canẽt aũt mihi duo pastores, unus quidẽ Acharneus Vir. æg. v.
Vnus autem lycopita, & Tityrus de prope canet,
Vt dum xeneæ amore captus erat Daphnis pastor,
Et ut montem circuiuit, & ut quercus ipsum luxerunt
Imeræ, quæ & nascuntur apud ripas fluuij,
Valde & nix ut quædam contabuit longum per Hemũ.
Aut Athò aut Rhodopen, aut Caucason extremum.

Canetq; ut suscepit Æpolum lata capsa
Viuum existentem malis iniquitatibus domini:
Vtq; illum simæ è prato pauerunt euntes,
Cedrum ad iucundam mollibus floribus apes,
Quia ei dulce musa per os fudit nectar:
O` beatissime comata tu sane hæc delectabilia passus es?
Et tu inclusus fuisti in capsa:& tu apum
Fauos pastus tempus uernum expliuisti:
Vtinam in mihi uiuis numerandus debuisti esse,
Vt tibi ego pascerem per montes pulchras capras,
Vocem audiens:Tu autem sub quercubus,uel sub piceis
Iucunde canens iacuisses diuine Comata?
Et hic quidem tot loquutus quieuit:hunc aũt post rursus
Et ego talia dicebam,Licyda chare multa quidem alia,
Nymphæ & me docuerunt per montes canentem
Bona,quæ quidem & Iouis ad tronum duxit fama,
Sed hoc ex omnibus ualde præstans,quo te honorare
Incipiam,sed audi:quoniam charus es musis:
Simichidæ quidem insternutauerunt:certe miser
Tantum amat Myrtum:quantum uer capræ amant:
Aratus autem per omnia charissimus uiro illi:
Pueri sub præcordijs habet desiderium,Nouit Aristis,
Bonus uir ualde Aristis:quem neq; ipse canere
Phebus cum fistula apud tripodas oderit,
Sic & puero Aratus sub ossibus ardet amore,
Quem,mihi ò Pan molę optabilẽ planiciem qui sortitus es,
Inuocatum illius charas ad manus trahas,
Siue est quidem Philinus mollis,siue aliquis alius,
Et si quidem hæc facias ò Pan chare ne te pueri

Arcadici cœpit sub lateraq;,& humeros,
Tunc uerberem,cum carnes paucæ adfuerint,
Si autem aliter annueris,quidem corpus totum unguibus
Laceratus lacereris,& in cnidis dormias,
Sisq; Hedonum quidem in montibus hyeme media,
Hebrum apud fluuium uersatus prope ursam,
Inq;,æstate ultimos apud æthiopas pascas,
Petra sub Blemyorum,ubi non amplius Nilus uisibilis:
Vos autem Hyetidos Byblidos iucundum linquentes
Fluxum,& habitantes flauæ sedem altam Diones,
O' pomis amores rubentibus similes,
Ferite mihi arcubus desyderatum Philinum,
Ferite:quoniam hospitem diffialis non miseratur meum,
Et sanè quidem pyro mitior:autem mulieres,
Heu heu dicent Philine,tibi pulcher flos fluit:
Nec amplius tibi custodiamus in uestibulis ò Arate,
Neq;pedes teramus. Autem matutinus alium gallus
Cantans ocijs tristibus det.
Vnusq; ab hac ò optime Molon angatur palestra,
Nobis autem quiesq; curæ sit,uetulaq; adsit,
Quæ canens non pulchra secreto teneat:
Tot dicebam:hic autem mihi lagobolum iucunde ridens,
Vt ante ex musis xenium dedit esse,
Et hic quidem declinans à dextera,ad pixas,
Serpsit uiam: At egoq;,& Eucritus ad Phrasidami
Versi,& pulcher Amyntichus,inq; profundis
Iucundi iunci stratis iacuimus,
Inq; nuper cesis lætati uiti folijs:
Multæ autem nobis super caput mouebantur

Popu'i,ulmiq;,& prope sacra aqua
Nympharum ex antro distillans murmurabat.
Et in umbrosis ramis æthaliones
Cicadæ stridentes habebant laborem,& luscinia
Procul in densis ruborum flebat spinis:
Canebant corydali,& achantides,gemebat turtur.
Volabant flauæ circum,fontes circum apes:
Omnia olebant æstatis ualde pinguis, olebantq; autumni,
Pyra quidem apud pedes,apud latera autem poma
Abunde nobis uoluebantur,& fundebantur.
Rami prunis damascenis curui ad terram.
Quadrimumq; dolio nam solutum est à capite uinum:
Nymphæ castalides parnasiam altitudinem habitantes
An tale pholi per saxosum antrum
Craterem Herculi senex apposuit chiron?
An illi pastori apud Anapum
Forti polephemo,qui montibus saxa iecit,
Tale nectar suasit per stabula pedibus saltare?
Quale quidem tunc poculum Misceuistis: Nymphæ,
Aram apud Cereris arealis,cuius in aceruo
Rursus ego affixerim magnum uentilabrũ, hæc aũt ridere
Sic cito dormium iustis ô amicae sponse,
Num quispiam es senior: num a nator somni?
Num multum quid bibisti quando ad lectum te coniecisti.
Dormire quidem indigentem ad horā ipsum oportebat te,
Puellamq; finere cum puellis ipsa amantem apud matrem,
Ludere ad profundū matutinū, qui et hodie uesperi et cras,
Et in annum ex anno Menelae tua sponsa haec,
O' beate sponse, bonus aliquis sternuit uenienti tibi,
In spartam ubi alij optimi, sic perfecisti
Solus in semideis saturnium Iouem socerum habuisti,
Iouis tibi filia sub uno uenit linteo
Qualis graecorum terram calcat non alia
Certe magnum pariet, si matri pariet simile.

Nos enim omnes coetaneæ,quibus cursus ipse
Vnctis uiriliter apud eurotum in balneis,
Quater sexaginta puellæ fœminoea,coetus,
Quarũ neq; aliqua irreprehensibilis, quãdo Helenæ equa-
Aurora oriens pulchram ostendit frontem, (tur.
O' ueneranda nox albo uere hyeme transacta,
Hoc modo & aurea Helena ostenditur internos,
Pinguis,magno,quo currentem sulcorum ordo per terram,
Quam horto cupressus,quàmq; curui thessalus equus
Hoc modo,rubea cute Helena Lacedemonijs ornamentum
Neq; aliqua in canistro reponit opera talia,
Nulla est,quæ melius acu pingere scit ut Helena
Neq; in uario prudentiorem stamen telario,
Radio contexens,longis incidit ex lignis,
Nemo quidem citharam scit hoc modo pulsare,
Dianam canens, & pulchrum pectus habens Mineruam,
Quẽadmodum Helena,cuius omnes in oculis amores sunt
O' pulchra ò gratiosa puella,tu quidẽ in seruitutẽ redacta
Nos uero ad cursum matutino,et ad pratoria folia (es iã,
Ibimus,coronas decerpentes suaue spirantes,
Multum tui Helena recordabimur,ut lactentes
Agni parientis ouis ubera cupientes,
Primæ tibi coronam loto humi crescenti,
Texens umbrosum ponemus ad Platanum:
Primæ argenteo exuase humidum oleum,
Depromemus,ponemus in umbroso Platano,
Literæq; in cortice inscribentur,ut præteriens aliquis
Legat doridi honora me:Helenæ planta sum.
Gaudeas ò nympha,gaudeas habens bonum socerum Iouẽ:

Latona

Latona quidem det, Latona filios nutriens uobis
Pulchram prolem, Venusq; deo Venus equaliter amori
Interse: Iupiterq; saturnius, Iupiter i corruptibiles diuitias,
Vt ex patribus in patres iterum ueniant,
Dormite supra inter uos pectus amorem spirantes,
Et desyderium: surgite ad auroram, ne obliuiscamini,
Redibimus & nos ad matutinum, quando primus cantor
Ex cubili canet quatiens bene penatum collum:
Hymenæe hymenæe nuptijs hoc modo lætus,

THEOCRITI BIOVIS. IDYLLION XIX.

Ristia mihi suspiria emittite ualles, et do
rica aqua,
Et flumina deflete amabilem Biona,
Nunc plantæ mihi lugete, & nemora
plorate,
Flores nunc densis spirate corymbis,
Nunc rosæ rubescite nigræ, nunc anemona,
Nunc hyacinte loquantur tuæ literæ, & plus heu heu
Accipe tuis folijs: pulcher perijt cantor,
Incipite sicelides luctum Incipite musæ,
Lusciniæ, quæ densis dolentes in folijs,
Aquis siculis adnunciate Arethusæ,
Quòd Bion perijt, & perijt dorica cantilena,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ,
Strymonij lugete apud aquas grauiter cygni,
Et luctuosis oribus canete luctuosam cantilenam,

Qualem in uestru olim labijs palàm occinit,
Dicite rursum filiabus Iagri, dicite omnibus
Bistonijs nymphis, perijt Dorius Orpheus,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Ille, qui gregibus amabilis non amplius canit,
Non amplius desertis sub quercubus sedens canit.
Sed apud Plutonem cantum lethæum canit,
Montes sunt muti, & boues, quæ centauris
Errantes mugiunt, & non uolunt pasci.
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Tui Bion luget celerem mortem ipse Apollo,
Et satyri lugent, lugubresq; priapi,
Et Panes suspirant suum cantum, qui per syluam
Fontes lugent: & aquæ lachrymæ fiunt,
Echoq; in petris luget, quòd sileas,
Et non amplius imitatur tua labra, tuaq; in nece
Arbores fructum deijciunt, & flores omnes arescunt,
Ouium non fluit pulchrum lac, non mel aluearibus,
Perijt in cæra triste: non amplius enim oportet
Melle tuo pereunte aliud uindemiare,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Non tantum æquoreis littoribus luget Delphis,
Non tantum olim cecinit in speculis luscinia,
Non tantum questa est per montes longos hirundo,
Alcyonisq; non tantum in doloribus tenetur ciyx,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Neq; tantum glaucis in undis cirylus cecinit,
Non tantum in matutinis uallibus filium auroræ,
Volãtes circum sepulchrum cõqueruntur Memnonis auis,

Quantum extinctum lugent Bionem.
Incipite siculides luctum, incipite musæ.
Lusciniæ, omnesq; hirundines, quas olim delectauit
Quas loqui docuit sedentes in truncis,
E regione adinuicem lamētabantur aliquæ sub loquebātur
Aues, dolete columbæ, sed & uos,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Quis ad tuam fistulam canit ò multum amate?
Quis ad tuos calamos ponet os? quis temerarius sic?
Adhuc enim spirat tua labia & tuum flatum,
Echò in arundinibus tuas pascit cantilenas.
Panifero cantum, fortasse & illa initi
Tuum os timeret, ne secunda tui ferat.
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Flet & Galatea tuum cantum, quam olim delectabas
Sedentem apud te in littoribus maris,
Nō enim æquale Cyclopi canebas: hunc, quidem fugiebat
Pulchra Galatea teq; suauiter inspiciebat mari,
Nunc oblita unde, in arenis
Sedebat desertis: bouesq; adhuc tui pascit.
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Omnia tibi ò bubulce pereunt dona musarum,
Puellarum gratiosa oscula, labra puerorum,
Et triste circa sepulchrum tuum flent amores,
Venus amat te multo plus, quàm oscula,
Quæ paulo ante Adonim mortuum osculata est,
Hic tibi ò fluuiorum stridulissime secundus dolor,
Hic meli nouus dolor: perijt paulo ante tibi Homerus
Hoc calliopes dulce os, & te dicunt

Flere pulchrum filium, multum lachrymabilibus fluuijs
Omneq; impleuisti uoce mare nunc rursus alium,
Filium ploras, ægroq; luctu consumeris,
Ambo à fontibus amati, qui quidem bibit
Pegasidis laticem, ille habebat potionem Arethusæ,
Et ille quidem Thindaris pulchram cecinit filiam
Et Thetidis magnum filium, & Atridem Menelaum,
Iste autem non bella: non lacrymas: Pana uero canebat,
Et bubulcos canebat, et canens pascebat,
Et fistulas faciebat, & iocundam iuuencam mulgebat,
Et puerorum docebat oscula, & amorem
Nutriebat in sinu, & irritabat Venerem.
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Omnis Biona fleuit inclyta urbs: urbes omnes:
Ascra quidem plorauit multo magis Hesiodo:
Pindarum non desyderauerunt tantum Beotiæ syluæ,
Non tantum Alcæum circum fleuit lesbous munita,
Neq; tantum poëtam fleuit Tea urbs,
Te plus Archilocum desyderat Paros: proq; Sapho
Adhuc tui cantum cantat Mitylena.
Omnes quot ardens est os poëtæ in arte pastorali periti,
Ex musis tui mortem deplorant mortui,
Flet Sicelidas Sami gloria inq; Cydone,
Qui prius, ridenti cum oculo clarus uisu,
Lachrymas nunc Lycidas plorans fundit, inq; ciuibus
Triopidis fluuij flet apud alenda philetas,
Inq; siracusijs Theocritus, sed ego tibi
Ausonie doloris canit cantum, non expers cantilenæ
Bucolicæ: sed quam docuisti tuos discipulos,

Heræ des feâsti musarum doricæ nos honorans,
Alijs quidem tuas diuitias, mihiq; reliquisti cantilenam.
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Heu heu maluæ quidem postquàm per hortum perierunt,
Vel uirida selina tunc pullulans crispum anethum,
Postea rursus uiuunt, et in annum alium nascuntur,
Nosq; magni, & tolerantes sapientes uiri,
Postquã primũ mortui sumus nõ audiẽtes in terra cõcaua
Dormimus bene ualde longum sanè in expectum somnũ,
Et tu quidem in silentio copertus eris in terra,
Musis uisus est semper ranam canere,
Huic ego non inuideo, quia cantum non pulchrum canit,
Incipite sicelides luctum, incipite musæ:
Venenum uenit ò Bion ad tuum os uenenum uidisti,
Quomodo tui labra ad accurrit, & non dulce factum fit?
Quis uero mortalis tam impius uel miscens tibi,
Vel dare iubens tibi uenenum fugit cantilenam?
Incipite sicelides luctum, incipite musæ.
Sed ò Iustitia inueni omnes, egoq; in luctu hoc modo
Lachrymas fundens tuam mortem deploro si possem
Vt Orpheus descendens ad tartarum, ut olim Vlysses,
Vt ante Hercules. & ego cito in domum ueniens.
Plutonis, ut uiderem & si Plutoni canis,
Vt audirem quid canis, sed in Proserpinam,
Siculum aliquid cane, & iucundum aliquid cane,
Et illa siculis, & in æthnæ ludens
Littoribus, & cantum nouit doricum, non immunerata
Erit cantilena, & ut Orpheo ante dedit,
Suaue cithariçanti retro reuertentem Euridicen,

Et te ò Bion mittet ad montes, si adhuc & ego
Canere possem apud Plutonem, & ipse canerem.

THEOCRITI EVROPA. IDYLLION. XX.

Vropæ olim Venus in dulcem misit somnum,
Noctis quando tertia pars erat prope'q; aurora
Somnus quando dulcior melle palpebris sedens,
Soluens membra, ligat molli oculos uinculo,
Rursus & uerorum pascitur gens somniorum,
Tunc domesticis dormiens domibus,
Phinicis filia adhuc uirgo Europa,
Videbatur terras duas de se pugnare,
Asiam, contraq;, indolemq; habebat, ut mulieres,
Quarum altera quidem hospitis formâ habebat, altera uero
Coëtaneæ, et magis suam tenebat puellam, (similis
Dicebatq;, quòd ipsam parierat, & quòd nutrierat ipsam ipsa,
Altera fortibus cum inferebat manibus,
Trahebat non uolentem, quoniam dicebat fatatum esse,
Ex Ioue Ægiocho honorem esse Europam:
Hæcq; à quidem stratis lectis insilijt timens:
Mouens cor, ut uere uidit somnum.
Sedensq; diu cum silentio habebat ambasq;,
Tardeq; iam ualde postquàm extulit puella uocem:
Quis mihi tales uisiones deorum immisit:

Quales me stratos lectos super q; thalamis
Suaue ualde dormientem terruerunt somnia?
Quae uero fuit Hospes, quam uidi dormiens?
Vt mihi percutiebat cor illius desyderium, sic me & ipsa
Libenter suscipiebat, & ut suam uidit puellam:
Sed mihi in bono dij uertant somnum:
Sic dicens surrexit, caras q; quaerebat socias;
Aequales, coetaneas, gratas, nobiles:
Cum quibus semper ludebat, quando ad choream parabat;
Vel quando lucidum faciebat corpus in ostijs Anauri,
Vel quando ex pratis olentes flores legebat,
Hae q; ipse statim apparuerũt, habebãt q; in manibus singula
Ad flores capiendum calathum, in q; prata iuerunt
Iuxta litora, ubi semper congregati congregatae sunt
Delectantes roseo germine, & undae strepitu,
Ipsa q; aureum calathum ferebat Europa,
Admirabila ualde mirum magnum laborem Vulcani,
Quem Libya dedit dono, quando ad lectum Neptuni
Venit, haec q; dedit pulchrae Telephaëssae,
Haec q; eius cognata erat inuptae Europae,
Mater Telephaëssae inclytum dedit donum,
In quo uariationes multae sculptae lucentes,
In quidem erat auro sculpta Inachi Iò,
Adhuc iuuenca existens, naturam non habebat mulieris,
Iens q; pedibus, in salsam ibat uiam,
Natanti similis, nigrum q; extremitate mare,
Duo q; stabant in alto collis litore
Viri simul aspiciebant per mare transeuntem bouem,
In q; erat Iupiter attrectans quiete manu diuina

Iuuencam marinam, quàm septem ostia per Nili,
Ex uacca bene cornuta rursus mutauit in mulierem,
Argenteus quidem erat Nili fluxus, ut iuuenca
Ænea: auroq; factus ipse erat Iupiter,
Circumq; rotundi coronam calathi,
Mercurius sculptus erat, propeq; ipsum destendebatur
Argus uigilibus ornatus oculis,
Cuiusq; rubeo à sanguine oriebatur
Auis, gloriebatur alarum florigero colore,
Alam pandens, tanquam aliqua uelox nauis,
Aurei calathi regebat labra alis,
Talis erat calathus per pulchræ Europæ,
Hęq;, quoniam igitur ad prata uenerunt floribus uirentia,
Altera ad inuicem tunc floribus animum delectabat,
Quorũ altera qdẽ Narcissum bene olẽtẽ, siue Hyncintũ,
Vel uiolam, uel serpyllum carpebat, multaq; per terras
Pratorum uere nutritorum pullulabant folia,
Hęq; rursum flaui croci odoriferum caput
Carpebant contendentes: sed in medio stabat regina,
Splendorem rubeæ rosæ manibus colligens:
Qualis in gratijs decebat Venus:
Non quidem diu futura erat in floribus animum
Neq; certe uirginem zonam immaculatam seruare,
Etenim Iupiter ut ipsam uidit, ut percussus est
Animo: improuisis domitus sagittis
Veneris, quæ sola potuit & Iouem domare,
Certe euitansq; iram zelotypæ Iunonis,
Puellęq; uolens teneram mentem decipere,
Abscondit diuinitatem, & uertit corpus, et factus taurus,

Non qualis in armentis nutritur, neq; qualis
Sulcum incidit trahens flexum aratrum,
Neq; qualis stabulis pascitur, neq; qualis,
Qui domitus trahit ualde ponderosum currum,
Huius quidem reliquum corpus flauicoloris erat,
Stellaq; argentea media resplendebat in fronte,
Oculiq; subnigrescebant ob desyderium,
Qualisq; ad inuicem cornua oriebantur à capite,
Curuæ dimidiæ ex cornibus, tanquam circuli lunæ,
Venitq; ad pratum, & non perterrefecit apparens
Puellas: omnibusq; desyderium factus est propè ueniens;
Tangere mansuetum taurum, cuiusq; immortalis odor
Procul, & prati superabat suauem odorem,
Stetitq; pedes ante irreprensibilis Europæ,
Et illi lingebat collum, demulcebatq; puellam,
Illaq; contrectabat, & quiete manibus spumam
Multam ab ore abstergebat: osculabaturq; taurum,
Sed ille suauiter mugiebat, diceres tibias
Mygdonis stridulum sonum sonantis audire,
Genua flexit ante pedes, aspiciebatq; Europam
Collum flectens, & ipsi latum ostendebat dorsum,
Longi comis dixit puellis:
Huc uenite sociæ charæ coętaneæ, ut in hocq;
Sedentes tauro delectemur: cęterum omnes
Dorsum reclinans suscipiet, qualisq; nauis
Mitis ad uidendum, & blandus, non tauris
Alijs similis, mensq; ei ueluti hominis,
Deceps, circulnaurrit: sola indiget uoce,
Sic dicens, humeris insidebat ridens,

Aliæ futuræ erant, statimq́; erexit se taurus:
Quam uolebat cum arripuisset, celeriterq́; in mare uenit,
Illa uero retro uersa charas uocabat amicas,
Manus extendens: illæ uero non poterant consequi,
Ex litoribusq́; ascendens, ulterius currebat ut Delphis,
Nereides uero egressæ sunt ex mari, hæq́; certe omnes
Cetarum humeris sedentes in ordine ibant
Atq́; ipse grauiter sonans à mari Neptunus
Vndam componens maritima præibat uia,
Fratri suo proprio, ipsiq́; circum ipsum congregati sunt
Tritones: maris graui fluxus coëtanei,
Conchis oblongis nuptialem cantum canentes:
Illa uero certe insidens Iouis bouinis in humeris,
Quidem habebat tauri longum cornu, in manuq́; altera
Trahebant purpureas à sinu plicas, ne ipsas
Madefaceret commota cani maris immensa aqua,
Insinuanturq́; humeris uestis longa Europæ
Velum qualis nauis: leuem faciebat puellam,
Hæcq́; quando terra à patria erat procul,
Apparebatq́; neq; litus aliquod maritimũ, neq; mõs altus,
Sed aër quidem supra, infra mare immensum,
Circum aspiciens talem emisit uocem:
Quo me portas diuine taure, quis es? quomodo uiam
Difficilibus pedibus seccas: non mare
Times? nauibus accessu facile est mare
Velocibus: Tauri maritimam timent uiam.
Qualis tibi potus suauis? qui ex maricibus?
Certe aliquis es deus: cur deis indecentia facis?
Non maritimi delphines in terram, neq; tauri

In mare incedunt: tu uero terram, & per pontum
Non madefactus aeris: ungulaeq; tibi sunt remi:
Certe fortasse flauam super aërem super erectus,
Similis uelocibus uolabis auibus,
Hei mihi magnum quid infelix, quae domum
Patris relinquens, & sequens bouem hunc,
Externam nauigationem sequor, & erro sola,
Sed tu mihi imperans cano mari Neptune
Mitis obuiam factus, puto uidere,
Huncq; dirrigentem uiam, quae est ante me
Non sine numine quidem, hęc facio humida uia,
Sic locuta ē, ad hāc hoc modo dixit lata cornua habēs Bos
Confide puella, ne timeas marinam undam,
Ipse tibi Iupiter sum, & propè uideor esse
Taurus, quoniam possum & apparere quae uolo,
Tuumq; desyderium me coēgit tale mare metiri,
Taurum simulans: Cretaq; te excipiet iam,
Quae me nutriuit & ipsum, ubi sponsalitia tui
Erunt, ex meq; inclytos paries filios,
Qui sceptrigeri omnes inter mortales erunt,
Sic dixit, & perfecta sunt quae dixerat; apparuit quidē
Creta: Iupiterq; iterum alteram sumpsit formam
Soluitq; ei Zonam: & ipsi lectum pararunt horae,
Haecq; prius puella, Iouis facta statim nympha,
Et Ioui filios peperit, & statim facta est mater.

MOSCHI AMOR.

IDYLLION. XXI.

V Enus cupidinem filium ualde uocabat,
Siquis in triuijs errantem uidit amorem ;
Fugitiuus meus est : nuntiator munus habebit,
Merces tibi osculum Veneris, Si autem duxerit ipsum,
Non nudum osculum, Tu uero ò hospes & plus habebis,
Est uero puer notus, in signis omnibus cognosces ipsum,
Colore non albus, igni sed similis, oculiq; ipsius
Asperi, & ardentes, malæ mentes: suauis loquela,
Non enim idem sentit, & loquitur, ut mel uox,
Si uero irascitur, mens est implacabilis, deceptor,
Nihil ueri dicens: dolosus puer, acriter ludit,
Bene comatum caput, habetq; duram faciens,
Paruulæ quidem illi mamillæ, longeq; iaciunt,
Iaciunt & ad Acherontem, & ad inferni regem,
Nudum quidem corpus: mensq; ei instructa est,
Et alatus, quantum auis uolat, interdum ad alios
Viros, siue mulieres, in uisceribusq; sedet,
Arcum habet ad modum paruum, superq; arcum sagittam
Paruulam, illius sagittam ad ætheraq; usq; fertur,
Et auream circum humeros pharetram intusq; sunt
Amaræ sagittæ, quibus sæpe & me uulnerat,
Omnia quidem acerba omnia, multo plus ei ipsi,
Parua fax existens, solem ipsum incendit,
Si tu ceperis ipsum, ligans duc, neq; miserearis,

Et si unquam videres flentem, caue ne te decipiat,
Et si ridet, tu ipsum trahe, & si uolet te osculari,
Fuge: malum osculum, labra uenenum sunt,
Si uero dixerit accipe hæc: dono quot mihi arma,
Ne tetigeris decipiētia munera: nam igne oīa tincta sunt,

THEOCRITI CVPIDO MELLILEGVS.

IDYLLION. XXII.

Vrem olim amorem mala pupugit apes,
Fauum ex aluearibus furantem, summitatesq; manuum,
Digitos omnes pupugit, illa dolens, & in manum sufflans,
Et terram percutiebat, & saltabat, et Veneri
Ostendebat dolorem, et accusabat, quòd tantulum
Animal est apis, & magna uulnera facit,
At mater ridens, quod? non æquale es apibus:
Et tantulus quidem es, et uulnera tanta facis.

THEOCRITI EPITAPHION ADONIDOS.
IDYLLION. XXIII.

Lugeo Adonim,perijt pulcher Adonis,
Perijt pulcher Adonis,collugent amores,
Ne amplius purpureis i stratis uenus dor•
Surge misera nigristola,et plange (mi
Pectora,& dic omnibus,obijt pulcher Adonis.
Lugeo Adonim,collugent amores.
Iacet pulcher Adonis in montibus coxam dente
Albo albam dente uerberatus,& Cyprin tristificat niger.
Paulatim expirans:& ei effluit sanguis,
Albam per carnem in superalijsq; oculos torpe facit,
Et rosa fugit labri,circumq; illud
Moritur & osculum,quod neq; Cypris auferet,
Cypridi quidem osculum,& non uiuentis placet.
Sed non uidit Adonis quod illum mortuum osculata est,
Lamentor Adonim,lugent amores
Crudele crudele uulnus habet in coxa Adonis:
Maius autem Citherea fert cordiale uulnus,
Illum quidem circa puerum cari canes lugebant.
Et nymphæ lugent oreades: At Venus
Dissoluta comas per syluas errat
Luctuosa,incorupta,discalciata,& spinæ illam
Incedentem pungunt,& sacrum sanguinem decerpunt
Acuteq; gemens per nemora longa fertur
Assyrium uocans uirum,& puerum uocans,

Circumq; illum niger sanguis apud umbilicum pendebat,
Pectoraq; ex coxis rubebant, & hipomaxi,
Albi antea Adonidi rubescebant.
Heu heu Cithercam, collugent amores,
Perdidit, pulchram speciem, comperdidit sacram formam,
Cypridi quidem pulchra, quando uiuebat Adonis,
Abijtq; forma cum Adonide Cypridis, heu heu
Montes omnes dicunt, & quercus heu Adonim
Et fluuij lugent luctus Veneris,
Et fontes Adonim in montibus lachrymantur.
Floresq; ex dolore erubescunt, At Citherea
Omnes per colles, & per urbem flebiliter canit.
Heu heu Citherea obijt pulcher Adonis.
Echoq; contra sonabat, obijt pulcher Adonis.
Veneris grauem amorem quis non luxit, heu heu
Vt uidit, ut nouit Adonidos intollerabile uulnus:
Vt uidit, rubrum sanguinem tabescentem per coxam,
Pingues conquatiens questa est, expecta Adoni
Mali fati: mane Adoni, ultimum ut te offendam
Vt te complectar, & labra labris misceam,
Surge parum Adonis, et iterum ultimum me osculare,
Tantillum me osculari quantum uiuit osculum,
Vsq; ab anima in meum os, et in meum iecur
Spiritus tuus fluet, Hoc autem tuum dulce osculum capiam
Ebibo amorem, osculumq; hoc seruabo:
Vt ipsum Adonim: quoniam tu me infelix fugis,
Fugis longi Adoni et uadis in Acherontem,
Et stigium regem, et asperum: At misera
Viuo, et dea sum, et non possum te sequi.

Accipe Proserpina meum uirum eris enim ipsa
Longe me felicior:et omne pulchrum ad te,et mortem,
Sum autem ego immortalis,habeoq; intollerabilem dolorem
Et lugeo Adonim quia mihi perijt,et te timeo,
Moreris,ò optatissime, desideriumq; mihi ut insomniũ abijt
Viduaq; Citherea,uiduiq; per domos amores,
Teq; cum cestos perijt:Quid enim auda x uenaris?
Pulcher ens tantum,sustinuisti feris pugnare?
Sic lugebat Cyperis,collugent amores,
Heu heu Citherea perijt pulcher Adonis,
Lachrymam Venus tantum effundebat,quantum Adonis
Sanguinem fundit:et omnia in terra fiunt flores,
Sanguis rosam parit,et lachrymæ Anemonen
Lugeo Adonim,perijt pulcher Adonis,
Neq; amplius in syluis tuum uirum lugeas Cypri,
Est pulchra stibas,est Adonidi phyllas deserta,
Lectum habet unum Citherea tuũ, hunc mortuus Adonis
Et mortuus ens pulcher est,mortuus qualiter dormiens,
Pone et mollibus in stratis ei dormire,
Quibus cum te per noctem sacrum somnum laboret,
Aureo lecto:ama et tristem Adonim,
Iaceq; in coronis,et floribus,omnia cum ipso,
Vt ille obijt,et flores omnes languerunt,
Vngeq; illum Mytisis,aliphasis,unge myrisis,
Perierunt unguenta omnia,tuũ unguentum perijt Adonis
Iacet delicatus Adonis in uestibus purpureis,
Circumq; illum lugentes suspirant amores,
Lanfantes comas in Adonide,et hic quidem sagittas:
Hicq; arcum ursit,hicq; alam,hicq; pharetram,

Et hic quidem dissoluit calciamentum Adonidos, hicq; lebete
Aureo tulit aquam, hicq; coxas lauat,
Hicq; retro alis refrigerat Adonim,
Ipsam Cithaream collugent amores,
Extinxit lampadem omnem in liminibus hymeneus,
Et coronam effregit nuptialem, neq; amplius hymen,
Hymen non amplius sonorum cantum cantat heu heu,
Heu heu Adonim etiam plus heu hymeneum,
Charites lugent filium Cinaræ,
Perijt pulcher Adonis inuicem dicentes,
Ipsæq; acute dicunt multo plusquàm tu Dione,
Et parcæ Adonim conclamant Adonim,
Et illum collugent, hicq; ipsis non audit
Non quidem non uult puella, & illum non soluit,
Desine luctus Citherea, hodie abstine festis,
Oportet te rursus lugere, rursus i tẽpus aliud lachrymari.

THEOCRITI BVCOLISCVS. IDYLLION. XXIIII.

Vrnica me derisit uolentẽ ipsam sua-
uiter osculari:
Et me conuitians, hæcq; dixit: disce-
de à me,
Bubulcus existens: uis me osculari in-
felix? non didici
Agrestes osculari, sed urbana labra præmere,
Non tu & mei osculaberis pulchrum os, neq; in somnis
Qualia uides? qualia nugaris: quàm agreste ludis,

Quam delicate loqueris? quam garrula uerba dicis?
Quam mollem barbam habes? quàm suauem comam?
Labra tibi ægrotant, manusq; sunt nigræ,
Et male oles, à me fuge, ne me polluas?
Taliaq; dicens, ter in suum spuit sinum,
Et me à capite ad pedes continue inspexit;
Labijs murmurans, & oculis torue aspiciens.
Et multum forma effœminatur, & aliquid cum risu,
Et magnifice me derisit, mihiq; statim feruet sanguis;
Et color rubefactus est præ dolore, ut rosa rore,
Et hęc quidem abijt, me relinquens, portoq; in corde iram,
Quia me gratiosum mala uituperauit meretrix.
Pastores dicite mihi uerum, non pulcher sum?
Num aliquis statim me Deus mortalem alium fecit?
Et enim mihi antea adornauit suaue quid pulchritudo,
Vt hedera arborem, meamq; adornabat barbam,
Comæq; ut selina circum tempora mouentur,
Et alba frons in supercilijs splendet nigris,
Oculi mihi flauæ gratiosi magis Mineruæ,
Os & lacte recenti dulcius: ex oreq;
Fluit mihi uox dulcior, quàm fauum,
Suauiterq; mihi cantus, & si fistula cano,
Eo tibijs canto, & calamo, & panis tibia,
Et omnes pulchrum me per montes dicunt mulieres,
Et omnes me amant, hæcq; urbana me non osculata est?
Sed quia bubulcus sum, aufugit? & non amplius audit?
Vt pulcher Bacus in uallibus iuuencam impulit?
Non cognouitq;, quod Venus in uiro insaniuit bubulco?
Et phrygijs pauit montibus, ipsum Adonim

In sylvis amauit, & in syluis plorauit?
Eudimionq́, quis fuit? nonne bubulcus? quem & Luna
Pastorem amauit, à cœloq́; ueniens,
Latmion cacumen uenit, & ad os puero dormiuit:
Et tu Rea fles bubulcum, nonq́; & tu
O' Iupiter ob puerum bubulcum aquila errasti?
Eunicaq́; solum bubulcum non osculata est?
Quæ Cybeli pulchrior, & Venere, & Luna?
Non amplius neq; tu Venus iucundum non per urbem,
Neq; in monte ames: solaq́; nocte dormi.

THEOCRITI PISCATORES.
IDYLLION. XXV.

PAupertas d. ophante sola artes excitat,
Ipsa laboris magistra: neq; enim dormire
Hominibus operarijs malę præbent curæ
Etsi paruũ nocte aliquis attigerit somnũ,
Repente tumultuant assistentes cogitationes
Pisas piscatores simul duo iacebant senes
Sternentes algam siccam sub contextis tugurijs
Inclinati parieti frondaceo, propeq́, ipsos
Iacebant manuum exercitamenta calathi
Calami hami, rubraq́; lina,
Curuiq́;, & ex iuncis labyrinthi
Laquei, pellesq́, ueterisq́, in culminibus lembus,
Sub capite storea breuis, uestes pili:
Iste piscatoribus omnis labor iste diuitię
Nullusq́; non ollam habebat, non canem: omnia superflua

Omnia uidebantur: illius uenationis paupertas ipsi socia.
Nullusq; in medio uicinus, undiq; apud ipsam
Tritam casulam molliter alludebat mare.
Nondum medium cursum expediuit currus lunæ,
At piscatores excitauit gratus labor, ex palpebrisq;
Somnum abigentes suis mentibus aptauerunt cantum.
Mentiuntur amicæ omnes quotquot, noctes dicunt
Æstatis minui, quando dies longos fert Iupiter.
Iam infinita uidi insomnia, & nondum aurora.
An oblitus sum? quod negotium? tempusq; noctes habent,
Piscatorum accusas pulchra æstatem? non enim tempus
Sponte præterit suum cursum, sed somnum
Cura incidens longum noctem facit,
An didicisti iudicare aliquando insomnia? bona enim uidi.
Non te uolo mei phantasmatis esse expertem.
Vt, &, uenationem in somnia omnia participare,
Non enim uinces secundum sensum. hic optimus,
Est somni iudex, qui præceptor est, apud quem mens
Aliter silentium est: Quid enim facere possit aliquis
Iacens in folijs ad undam, neq; dormiens
Libens in uirgulto: At lumen in pritaneo, ubi doctores
Aiũt enim uenationẽ semper hoc habere: dic mihi pote no-
Visionem omnia tuoq; dicens, significa socio: (ctis
In crespuculo ut dormiui in maritimis laboribus,
Non eram quidem crapulatus, quoniam cœnantes in hora,
Si meministi, uentri pepercimus uidi me ipsum,
In petra manentem, sedensq; sectabar
Pisces, ex calamisq; fallacem excussi cibum,
Et quidam trapherorum accurrit, & enim in somnis

Omnis Canis panes uaticinatur, pisces & ego
Et hic quidem homo inhæsit, & fluebat sanguis,
Calamumq; propter motionem curuum habebam,
Manus extendens circum cnodalon inueni certamen:
Quomodo traho magnum piscem debilioribus ferris,
Postea recordans uulneris an me stimulabis?
Et stimulabere duriter, & non fugiente, produxi,
Expediui conspicatus bellum, extraxi aureum piscem,
Vndiq; auro ornatum, habuitq; timor.
Ne quid Neptuno sit dilectus piscis,
Vel forte ceruleæ ornamentum Amphitrites,
Quieteq; ipsum ex hamis exthraxi,
Ne qua oris hami aurum haberent,
Et hunc quidem retibus eduxi in continentem.
Iuraui quæ nō amplius in posterū super pelagū pedē po
Sed manere in terra, & auro imperare, (nere,
Hæc me & excitarunt, & ò hospes in posterum impugna
Sensum, iusiurandum enim ego quod iuraui, timeo,
Et tu ne timeas, non iurasti, neq; enim piscem
Aureum, ut uidisti, inuenisti, æqualesq; mendacijs uisiones:
Siq; uere sic dormiens tu regiones has quæris,
Spes somniorum quærit carneum piscem,
Ne tu pereas fame etiam aureis insomnijs.

THEOCRITI MEGARA VXOR HERCVLIS. IDYLLION XXVI.

Ater mea cur sic carum per animã lacæras,
m Valde doles ut priusq; tibi non amplus rubor
Seruatur in facie, cur mihi tantum doles?
Num quod dolores patitur infinitos clarus filius
Viro ab nullo pretio digno, leo ut à ceruo?
Hei mihi cur me sic dei tantum inhonorarunt,
Immortales? mala cur me parentes pepererunt parca,
Infelix, quæ postquã uiri irreprehensibilu ad lectũ ueni,
Quem ego honorabam uelut oculos meos,
Quæ adhuc nunc honoroq;, & ueneror animo,
Quo nullus natus est alius infortunatior uiuentium;
Neq; tot suo percæpit animo dolores,
Miser, qui arcubus quos ei dedit ipse Apollo,
Siue illius parcarum, uel furiarum grauis sagitta
Filios suos occidit, & caram eripuit animam,
Furens per domum, ille plenus erat sanguine,
Quos quidem ego misera meis uidi oculis
Sagittatos à patre, hocq; non in somnijs uenit alteri,
Neq; ipsis poteram grauiter uocantibus auxiliari
Matrem suam, quia propè insuperabile malum erat,
Sicq; lamentatur auis in suis filijs

Perditis, quosq́; grauis serpens adhuc infantes
Ramis in densis deuorat, illaq́; circum ipsos
Volat flendo ualde lugubriter ueneranda mater
Neq; potest filijs auxiliari: cæterum ipsæ
Propè ire ualde timor imitis monstri,
Sic ego grauiter pariens charum genus flens,
Furentibus pedibus domum per multam iens,
Sicq́; debebam cum filijs simul moriens, & ipsam
Iacere uenenatam per iecur sagittam habens,
Diana fœmineis ualde imperans mulieribus,
Quare & nos lugentes charis in manibus cognati,
Multis cum funeribus pyram imposuissent eandem,
Et una in aurea ossa urna omnium
Colligentes sepelissent, quòd primum facti sumus,
Nuncq́; hi quidem Thebas equorum nutrices habitant,
Aonij soli profundam glebam arantes,
Sed ego Tirynta per uerticem urbem Iunonis,
Multis misera laceror doloribus cor,
Semper tamen lachrymarumq́; ad sunt mihi neq; recessus
Sed uirum quidem uideo raro oculis
Domo in nostra, multorum quidem opus promptum
Laborum, quos per terram perditus siue per mare
Laborat: lapideam habens mentem, siue ferream,
Fortem in pectoribus tu uero tanquam distillaris aqua;
Noctéq; plorans, et ex Ioue dies omnes.
Alius quidem non aliquis consolatur me asistens
Affinium, non enim ipsos domorum murus mittit:
Et ualde omnes ultra pinorum plenam Isthmon
Habitant, neq; mihi est, ad quem inspiciam,

Qualis mulier infelix recreat carum cor,
Præter Pyrram consanguineam, & ipsa
Marito suo plus dolet Iphiclæ:
Tuo filio omnium enim infeliciores filios
Peperisse te, deoq;, & uiro mortali credo,
Sic quidem dixit, & illi plures lachrymæ malis
Sinum in gratiosum à palpebris defluum,
Recordans filiorum, atq; suorum postea cognatorum,
Hoc modo lachrymis maxillas albas madefaciebat,
Alcmena, grauiterq; illa & exanimo suspirans,
Verbis prudentibus charam nurum hoc modo allocuta,
Felix puellarum cur nunc in mentibus cecidit hoc
Sapientibus, quomodo nos uis turbare ambas,
Dolores inoblitos dicens, eaq; non nunc deplorata sunt,
Non satis quibus detinemur secundum semper ad diem
Factis, ualde quidem amator luctus fuit,
Quicunq; annumeratur in nostris doloribus,
Confide, non talemq; adeptæ sumus ex deo sortem,
Et ipsam uideo te cara filia indomitis
Doloribus laborantem cognoscensq; tibi sum,
Doleo quòd sanè oblectationis sanitas est:
Et te ualde horribiliter deploro, & misereor,
Quoniam nostra tristis fortuna detineris,
Quæ nostro capiti grauiter pendet,
Scias puellaq;, & bene induta Ceres,
Quas ualde læsus aliquis sponte iusiurandum iurat
Inimicorum, nihil te peius mentibus meis
Amare, quàm si mihi ex uentre uenisses,
Et mihi amata in domibus puella fuisti,

Neq; ipsam palpebram omnino credidi hoc latere:
Quare neq; dixeris meum germen, quod te negligo,
Neq;, si bene comata Niobe densius flerem,
Nihil enim repræhendendum pro filio plorare
Matri uexatæ, quoniam decem menses laboraui,
Priusquàm uidere hunc meo in uentre habens,
Et me apertæ ferè duxit Plutonis
Hoc modo ipsum grauiter peperi partu miserum,
Nunc autem mihi abijt qualis in alienis nouum certamen
Perficiens, neq; noui infelix, siue ipsum ipsa
Huc redeuntem suscipiam, siue & non,
Præterea adhuc deterruit per dulcem grauis somnus
Somnum, timeo terribilem uisionem uidens
Horribiliter, ne mihi aliquid filijs triste faciat,
Timuit autem mihi habens ligonem bene operatū manibus
Puer meus ambabus uis herculea,
Quo magnam fodiebat conductus tanquam mercede,
Fossam, splendentis in extremitate cuiusdam agri
Nudus sine indusioq;, & bene cincta ueste:
Sed postquam totius iuit ad finem laboris,
Fortem uini terræ laborans sepem uineæ:
Certe ille uentilabrum futurus erat in eminente firmans
Pectus induere, quibus ut prius uestibus est:
Statim emicauit è fossa profunda
Ignis insedabilis, circaq; ipsum immensa uoluebatur flāma
Sed hic semper suorum ante uelocibus deuitabat pedibus
Fugere promptus erat pernitiosam uim ignis;
Semperq; ante suum corpus, ueluti scutum,
Mouebat ligonem circumq; oculis huc & illuc

Lustrabat, ne ipsum prehenderet inimicus ignis,
Quem quidem adiuuare incitatus, ut mihi uidebatur,
Iphidus magnanimus, in terra cecidit lapsus,
Priusquàm ueniret, neq; rectus surgere poterat rursus,
Sed immotus iacebat, senex ueluti debilis,
Quem & nolentem oppressit senectus tristis,
Lapsus iacebat ille in terram cadens ibi,
Donec aliquis manu ipsum subleuet prætereuntium,
Veneratus auram primam canæ barbæ:
Sic in terra declinatus est scutifer Iphiclus:
Sed ego flentes inopes consilij uidens
Pueros meos, donec mihi, uenit dulcis sinus
Oculis, auroraq; statim clara uenit,
Talia cura mihi per mentem euolarunt,
Per totam noctem, hæq; omnia in Euristeum uertantur
Domo à nostra, fiatq; uates illi
Animus meus, neq; aliud perficiat aliquid deus.

THEOCRITI DIOSCVRI ENCOMIASTICON.

IDYLLION. XXVII.

Canamus Ledæq;, & ægiochi Iouis filios,
Castorem, & terribilem Pollucem pugno contendere,
Manum insertantem mediam tauri- nis loris,
Canamus & bis & ter masculos filios,

Puellæ Thestiadis lacedemonios duos fratres,
Virorum seruatores in nouacula iam existentium
Equorumq; sanguinolentam turbatorum per turbem
Nauiumq;, quæ occidentibus à cælo, & exorientibus.
Stellis uim inferentes asperis, occurrerunt uentis,
Qui ipsarum in pupim eleuantes magnam undam,
Siue & ex pupi, uel ubi animus cuius libet
Ad concauam proiecerunt, fregerunt muros
Ambos, appenduntur cum malo uela omnia,
Frustra frangentia multus à cælo imber
Nocte descendens strepit, & latum mare.
Percussum, à uentis, & infrangibilibus grandinibus,
Sed tamen uosq;, & ex profundo educitis naues,
Vnà cum ipsis nautis putantibus perire,
Statimq; cessant uenti, formosa tranquilitas
In pelagio, nubesq; fugerunt alio aliæ,
Exq; ursęq;, apparent asinorum per medium obscurum
Præsæpe, indicans nauigationem tranquilla omnia,
O' ambo mortalibus auxiliatores ò amici ambo,
Equites, citharistæ, athleti, poëtæ,
Castorem si primum, Polluцem ne incipiam canere,
Ambos canens, Polluцem primum decantabo,
Certe fugiens petram in unum congregata est
Argo, & niuosi graue os ponti,
Ad bebrycas peruenit deorum caros filios ferens,
Vbi eandem multi per scalam ambobus ex
Muris uiri descenderunt Iasonis à naui
Egredientes in litus profundum, & altum promontorium
Et lectos sternebant, ignesq; manibus mouebant,

Castor autem eques, niger oculos Pollux,
Ambo soli erant aberrauerunt à socijs,
Arboribus plenam in monte inspicientes asperam syluam
Inuenerunt perpetuum fontem a polito lapide,
Aqua plenum incorrupta, quæ supra
Scatebræ christallo, uel argento similes erant,
Ex fundo altæ natæ erant circa fontem,
Populiq;, Plataniq;, & altæ coma cupressi,
Floresq; redolentes, prudentibus grata opera apibus,
Quot uere cessante germinant per prata,
Ibi uir superbus sedens degebat,
Horrendus uisu fortibus fractus aures pugnis,
Pectora & rotunda monstruosa & latus humerus,
Carne ferrea, malleo factus, tanquam colossus,
Inq; musculi fortibus brachijs circa summum humerum
Stabant, ut Petræ rotundæ, quas & deuoluens
Hyemalis fluuius, magnis expoliuit uorticibus,
Verum ab humeris, & collo ceruice pendebat
In summitate pellis leonis demissa usq; ad pedes,
Quem prior est affatus uictoria semper assequēs Pollux,
Salue ò amice, quisquis es, q mortales sunt, quorū hic locus,
Am. *Salueo quomodo, quoniam hoīes uideo, quos nūquam uidi.*
Pol. *Confide, neq; iniustos, neq; ex iniustis dic uidere.*
Am. *Audeo, & non ex te me doceri decet,*
Pol. *Immitis es ad omnia, iracundus, uel contemptor,*
Am. *Tales sumus, quales uides, terram tuam quidem nō ascēdo.*
Pol. *Vtinam uenires, et munera hospitalia accipiens iterum domum reuerteretis,*
Am. *Neq; tu me hospitare, munera ex me non parata,*

Bone uir non bibere aquam tu & dares? Pol.
Nosces, si tui sitis relaxata labra desiccat, Am.
Argentum uel quæ merces dices, qua te persuadeam? Pol.
Vnus cōtra alterū manus eleuās contrarius uiro cōstituēs, Am.
Pugil, uel & pedibus percutiens crus, oculos uel lora, uel
cæstus rectos,
Pugnis extendens tue non parcens arti,
Quis enim est ille, cui manus, et meos inferam cæstus, Pol.
Propè uides tu me, meus uocabatur pugil, Am.
Nunquid præmiū prōptum super quo pugnabimus ambo, Pol.
Tuus quidem ego, tu autem meus uocaberis, si uicero. Am.
Auium cristam habentium tales tumultus. Pol.
Siue igitur auibus similes, siue leonibus Am.
Fiamus, non alio pugnabimur in certamine
Dixit Amycus, & buccinam habens mugiuit concauam,
Et uelociter congregabantur sub uiridi platano,
Buccina inflata semper bebryces comati.
Sic heroes iens conuocauit omnes,
Argo à naui præcipuus in bello Castor.
Ipsi postquam, uinculis ligauerunt bouinis,
Manus, & circa membra longis circum uoluerunt loris,
In medium sese simul edu .erunt cędem inter se spirantes,
Ibi multus ipsis labor festi-nantibus factus est,
Vter in humeris acciperet lumen solis,
Sed scientia magnum uirum superasti ò Pollux,
Percutiebatur enim à radijs tota Amyci frons,
Verum iste animo iratus irruebat ulterius,
Manibus obseruans, huius q; summum mentum, (prius,
Tyndarei filij cōtra ipsum uenientis excitatus est uero plusq

Simul pugnam mouit, multus incumbebat inspiciens,
In terram, Bebryces exclamarunt ex alia parte,
Heroes fortem Pollucem hortabantur,
Timentes ne hunc insultans domaret,
Loco in angusto Tityo similis uir.
Certe ipse huc, & illuc instans Iouis filius
Ambabus lacerabat, alternatim recedere fecit ab impetu
Filium Neptuni, ualde superbum licet existentem.
Stetitq; plagis ebrius, euomit sanguinem
Rubeum, simul omnes optimi exclamarunt,
Postquam uiderunt uulnera aspera circum osq; maxillas
Oculiq; tumefacti arctabantur à facie
Hunc quidem rex percutiebat frustra manibus ostendens
Vndiq;, sed quando ipsum in consultum cognouit,
Per medias nares in superalio intulit pugnum,
Totamq; detraxit frontem usq; ad os, sed ipse percussus
Supinus in folijs florentibus extensus est,
Tunc pugna grauis iterum facta eleuato ipso,
Inuicem perdebant fortibus percutientes uinculis,
Sed hic quidem in pectusq;, & extra manus mouebat
Ceruicem princeps bebrycum hic indecentibus plagis,
Totam irrigabat faciem insuperabilis Pollux,
Carnesq; quidem sudore subsidebant ex magno,
Statim paruus factus est uir, semper maiora ferebat,
Tangens ferebat laborem, & colore melior.
Quomodo enim Iouis filius edacem uirum superauit,
Dic Dea, tu enim nosti, ego uero aliorum subuates.
Dicam quẽadmodũ uolueris tu, & quomodo tibi carũ ipsi,

Certe hic facere quoddam excogitans magnum opus,
Sinistra quidem sinistram Pollucis accepit manum,
Obliquus ab elatione, inclinatus altera iens,
Dexteram intulit à latere latum membrum,
Et contingens læsisset Amycleorum Regem,
Sed ipse sub ingressus est capite fortiq; certe manu,
Percussit arca sinistrum tempus, & cecidit in humero;
Eq; fusus niger sanguis uelociter à tempore biante,
Sinistraq; os percussit, densiq; dederunt strepitum dentes,
Semperq; acuto pugno offendebatur facies,
Quoad contriuit maxillas, totusq; in terra
Iacebat mente attonitus, & attolit pugnam recusans,
Ambas simul manus, quoniam mortem propè erat,
Huic certe uincens in congruum nihil fecisti,
O pugil Pollux, adiurauit autem tibi magnum iusiurãdũ,
Suum patrem ex mari Nuptunum inuocans,
Nunquam in hospitibus uoluntarie infestus fore,
Et tu quidem laudatus es à me ò rex: teq; Castor cantabo
Tyndari filium ueloce equo, lancea qui irruis, ænea thorace
Isti quidem rapuerunt, duo auferebant Iouis filij,
Duas Leucippi filias, duo certe, istiq;
Promptæ insequebantur fratres filij Apharei,
Sponsi futuris nuptijs lynceus, & fortis Idas,
Sed quando ad sepulchrum peruenerunt mortui. Apharei
Excurribus simul omnes ad inuicem ruerunt
Hastis, & conatus aggrauati scutis cum adhuc haberet,
Lynceus autem affatus est à galea ualde clamans,
Fortunati, cur pugnas desyderatis quoq; contra sponsas
Alienas difficiles, nudiq; in manibus enses

Nobis Leucippus suas donauit filias:
Harum multo prioribus nobis nuptiæ istæ in iusiurando,
Vosq; indecenter in alienis lectis,
Bobus, & mulis, & alienis facultatibus
Virum euertistis, nuptiasq; furati estis muneribus;
Certe quidem sæpe uobis in conspectu ambobus,
Ipse ego ista dixi, et non mulaloquus existens,
Non hoc modo ò amici homines optimos decet
Pro uxore sua ducere alias sponsas, quibus sponsi iã parati
Magna est Sparta, tibi magnaq; equorum fertilis Alis
Arcadiaq; ouibus abundans, Acheorumq; oppida,
Messanaq;, & Argos, totumq; Sisyphum litus
Vbi puellæ parentibus sub suis nutriuntur
Infinitæ, neq; indole pulchritudine inferiores neq; mente;
Quarum facile est uobis nubere quas uolueritis,
Quia optimis multi uolent soceri esse,
Vosq; inter omnes electi primi heroes,
Parentes et ex superis simul patrius sanguis.
Sed ò amici has quidem permittite ad finem uenire
Nobis nuptias: uobisq; alias excogitabimus omnes,
Dixi talia uero multa, hæcq; ad humidam iuit undam
Afflatus trahens uenti, grataq; non secuta est uerba,
Vos quoniam inexorabiles, et crudeles, attamen etiã nunc
Parete, amboq; nobis consobrini ex patre estis:
Si autem uestrũ corbellũ desyderat sanguine et si opus est,
Contentionem frangentes crudelem lanceas madefacere,
Idas quidem et frater meus fortis Pollux,
Manus abstinebunt ab inimica pugna,
Sed nos ego Lynceus, et tu Castor decertemus marte,
Minores

Minores natu q;, parentibus q; ne multum dolorem
Nostris relinquamus, satis est mortuus ex una domo
Vnus, uerum alij omnes delectabunt amicos,
Sponsi pro mortuis pro uxoribus ducent puellas
Has, paruo tibi conueniēs est malo magnam litem mouere,
Dixit hæc, non futurus erat deus uana facere,
Ipsi duo quidē enim ad terrā ab humeris arma deposuerūt,
Qui natu maiores erant, ipse uero in mediū uenit lynceus,
Concutiēs fortem lanceam sub scuti circumferentia primam,
Item concussit lanceæ cuspides
Castor: ambobus q; christarum irruebant iubæ,
Lanceis quidem primum obseruantes laborem habebant
Inter se, sicubi aliquid corporis nudatum uiderent,
Verùm certe summa antequàm, aliquem lædi
Lanceæ fracta fuerunt scutis in grauibus infixa,
Ipsi duo ipsos enses ex uaginis educentes, mortem iterum
Parabant ad inuicem, pugnæ q; non factus est recessus,
Sæpe quidem in clypeum latum, & ualde comate galeā,
Castor sæpe q; infixit, acutus oculis Lynceus,
Huius clypeum rubras usq, ad cristas peruenerat cuspis;
Huius quidē summitatem incidit ad sinistrū genu manus,
Ensem acutum ferentis prosiliens pede Castor
Sinistro, ipse uero percussus ensem proiecit, et statim fugere,
Ruit ad sepulchrum patris, ubi fortis Idas
Inclinatus inspiciebat pugnam consanguineam uirorum,
Sed post ruens latum ensem impulit, & per
Tyndarides latus q;, ut umbilicum intestina intus
Ensis statim effudit, ipse uero in terram iacuit procumbens
Lynceus, et certe ipsi in palpebris grauis incurrit somnus,

Non quidem neq; alterum in domo uidit paterna
Filium Laucoſſa gratas nuptias perficientem,
Certe enim ipſe columnam Apharei eminentem,
A ſepulchro frangens cito Meſenius Idas
Futurus erat fratri proijcere ſuo affinitate,
Sed Iupiter eſt auxiliatus, manibusq; ipſi ex eiecit labora-
Marmoream, ipſumq; ardenti combuſsit fulmine, (tam,
Sic contra Tyndaridas pugnare non eſt in releui,
Ipſiq; fortes, & ex potentibus nati,
Saluete ô Ledæ filij, & noſtris gloriam hymnis
Optimam ſemper date, gratiq; omnes poëtæ,
Tyndaridis Helenaq;, & alijs heroibus,
Ilium qui depopulati ſunt auxiliantes Menelao,
Vobis gloriam ò duces conſultauit Chius poëta,
Laudans Priami urbem, & naues græcorum,
Iliedasq; pugnas, achillemq; turrem belli:
Vobis rurſus & ego acutarum munuſcula muſarum,
Qualia ipſæ præbent, et quemadmodum mea facultas eſt,
Talia fero, munerumq; deus optimum poema,

AMATOR. LINGVA DORICA NARRATIO. IDYLLION. XXVIII.

Ir quidam uehementer amans, crudelem amauit Ephœbum,
Quoad pulchritudinem pulchrum, quoad mores non amplius similẽ
Oderat amantem, & neq; unã man suetudinem habebat,
Et nõ nouerat amorẽ, quisnam esset Deus q̃ magnus arcus
Manibus tenet, q̃ amaras sagittas contra pueros iaculatur.
Et in oĩbus, & in sermonibus, et in deambulationibus in-
Neq; aliquod flammarũ solamẽ, neq; splendor (domitus
Labiorũ, ne q; oculorũ clarus splendor, non color rubeus in
Non sermo, non osculum aleuians amorem, (maxillis
Qualis q; fera syluestris suspectos habet uenatores,
Sic omnia faciebat contra hominem, syluestria illi erant
Labia, & pupillæ horrẽde inspiciebant, habebat q; necessita
Ob iram facies mutabatur, fugiebat q; color (tem
Ad iniuriam ira indutus, sed & ita existens,
Certe pulcher ramus, excitabat magis amatores:
Tandem non emisit lachrymas Veneris,
Sed accedens plorabat ad tristes portas:
Et deosculatus est limen, hoc modo extulit uocem,
O crudelis puer, & tristis, malæ fœtus Leænæ,
Lapidee ò puer, & amoris indigne, munera tibi ueni
Vltima hæc ferens, meum laqueum, non amplius enim te,

Puer uolo dolore afficere iratum, sed eo
Vbi tu me ad iudicasti, ubi fama esse uiam
Communem amantibus, medelam ubi lethe:
Sed etiam certe integrum ipsum accipiens, labijs
Neq; sic extinguem meum desyderium: nuperq; ualere,
In his tuis ianuis impono: noui futurum,
Et rosa pulchra est, & tempus ipsam delet
Et uiola pulchra uere nouo, & cito senescit,
Album lilium est, deletur quando cadit,
Nixq; alba, & liquefit, quando congelascit,
Et pulchritudo pulchra est puerilis, sed parum uiuit,
Veniet tempus illud, quando etiam tu amabis,
Quando cor combustus crudeliter plorabis,
Sed tu ò puer saltem hoc nouissime suaue quoddam fac,
Quando exiens suspensum in ianuis
His tuis uideris miserum, ne me transeas,
Sta uero, & paululum plora, super spargensq; lachrymas,
Solue à fune me, & circumpone ex corpore tuo
Vestes & tege me, hocq; rursus nouissime me osculare.
Saltem mortuo dona tua labia, ne me timeas,
Nõ possum reuiuiscere, siq; reconcilias mihi, osculatus fue-
Terramq; mihi effodias, qui mei occultabit amorẽ (ris,
Etsi abieris, hoc super me ter dic, ò amice uale,
Siq; uolueris, & hoc pulcher, & mihi perijt socius,
Describe et hoc epithaphiũ, q tibi his duobus uersibus scribã
Hunc amor interfecit, ò uiator ne transeas in salutato,
Sed stans hoc dic, crudelem habebat puerum,
Sic locutus lapidem cœpit, & innixus iuxta murum
Vsq ad media limina horrendũ lapidem suspẽdit ab ipsis,

Subtilem funiculum, laqueumq; imposuit collo,
Sedemq; deuoluit pede, hoc modo suspensus remansit,
Mortuus ipse spontaneus aperuit ianuam, & mortuũ uidit
Aula ex propria appensum, neq; commotus est
Animo non plorauit recentem mortem, sed super mortuum
Vestes omnes polluit sui ipsius ephebi, iuitq; ad certamen,
Gymnastiam, & seorsum ab amicis desyderauit lauacra
Et ad deum uenit, quem iniuria affecerat, lapideoq;
Stabat à uase Amor aquas super.
Salijtq; statua, malumq; interfecit ephebum,
Sanguine facto rubea, puerilq; resonuit uox,
Gaudete ò amatores, ille qui oderat interfectus est,
Amateq; uos amatos, ipse enim Deus nouit iudicare.

THEOCRITI IN
MORTVVM ADONIM.
IDYLLION. XXIX.

ADonim Citherea
Vt uidit mortuum, iam
Stygiam habentem cæsariem,
Pallidamq; genam,
Ducere suem ad ipsam
Iussit amores
Hi statim uolatiles
Omnem currentes syluam,
Tristem suem inuenerunt,
Ligaruntq;, & perligarunt

Et hic quidem laqueo tenens
Ducebat captiuum,
Hic autem post impellens,
Verberat arcubus:
Fera autem ibat timide,
Timebat enim Citheream.
Huic dixit Citherea,
Omnium pessime ferarum;
Tu hunc coxam percussisti.
Tu meum uirum uerberasti,
Fera autem dixit sic,
Iuro tibi Citherea
Ipsam te, & uirum,
Et haec mea uincula,
Et hos uenatores,
Virum pulchrum tuum
Non uolui uerbare,
Sed ut statuam uidi,
Et non ferens incendium,
Nudam habebat coxam,
Insaniui osculari,
Et me excussit.
Hos capiens cipri,
Hos puni, incide.
Quid enim fere superfluos
Amatores dentes,
Si autem non tibi haec sufficiunt,
Et haec mea labra
Hunc autem miserata Venus
Dixit amoribus,
Vincula ei soluere,
Ex illo sequebatur
Et syluam non ingrediebatur,
Atq; igni accendens
Conbussit amatorios,

THEOCRITI FISTVLA.

IDYLLON. XXX.

FIstula nomen habes, canũt aũt te carmina ſapiẽtię.
Nullius coniux, longe pugnantis mater
Nutricis patri aduerſantis celerem peperiſti gubernatorem:
Non cornutum, quem olim nutriuit taurigena.
Sed reliqſtillũ, cuius incẽdit anteà mentẽ terminus ſcuti,
Cuius nomen totum, bianimal, diuiſiuocæ deſiderium
Puellæ uocalis incendebat uentoſæ:
Qui muſæ ſonorum compegit uiolis coronatæ
Vlcus: oblationem deſiderij igniſtrepi:
Qui extinxit arrogantiam cognominem
Auicidæ, tyriaq; priuauit.
Cui hanc cæcigerorum amabilem
Poſſeſſionem Paris poſuit ſimichidas
Ex anima ò homincula,
Mulieris ſtimulus Lydiæ,
Fure patre nate, patre carens,
Arcicrurie, ſalue.
Suauiter canas
Carente uoce puella,
Pulcherrima,
Inuiſibili.

THEOCRITI HERCVLICVS.
IDYLLION. XXXI.

Eraulem decem mensium existentem
iam ex Midete
h. Alcmena & una nocte iuniorem
Iphiclem
Ambos cum lauasset, & cum implesset lacte,
Æneo deposuit in scuto quo Pterelaum
Amphitryon pulchro telo quo spoliauerat interfecto,
Tangensq; mulier caput allocuta est pueros:
Dormite mei infantes dulcem, & expergiscibilem somnum
Dormite meæ animæ duo fratres bene seruati filij,
Felices dormite & beati ad auroram perueniatis:
Ita locuta mouebat scutũ magnum, hos uero occupauit som
Quandoq;, uertitur mediũ noctis in occasum ursa (nus
Orionem circa ipsum, ipse ostendit magnum humerum,
Tunc certe horrenda monstra duos multa machinans iuno
Nigris horrentes in reuolutionibus dracones
Concitauit ad latum limen, ubi uestibula concaua portarũ,
Damus minans comedere infantem Heraulem:
Illi uertentes in terra uentres ambo
Sanguinem deuorantes uoluebant ab oculis asper ignis
Incedentibus fulgebat, & grauem expuebant uenenum,
Verum quando pueros lambentes propè uenerunt,
Et tunc quidem experrecti sunt (Ioue intelligente omnia)
Alcmenæ chari filij, lumenq; per domum factum est,
Certe ipse statim exclamauit, ut malas feras cognouit

Cauum super cunabulũ, & cum impudentes uidit dentes
Iphicles: molemq; pedibus calcitrauit stragulam,
Fugere cogitans, sed ipse contrarius habebat manibus
Hercules, ambosq; graui ligauit uinculo
Capiens guttur, ubi uenena horrenda facta sunt
Perniciosis serpentibus, quas & dei odio habebant,
Isti iterum spiris inuoluti sunt circa puerum
Minorem natu, lactentem sub nutrice illachrymabilem,
Et iterum dissoluebant, quoniam laborabant squammas
Vinculi coacti, conantes solutionem inuenire:
Alcmeneq; audiuit uocem, & experrecta est prima,
Surge ò Amphitryon, me enim timor tenet timidus,
Surge, neq; pedibus tuis sandala ponas,
Non audis filiorum iunior ut exclamat,
Vel non intelligis, quod noctis extra tempus aliquo modo & etiam muri
Omnes ualde clari puro sine die,
Est aliquid mihi per domum nouum est ò amice uirorum
Ita locuta est, ipse uero excubili uxori descendit obediens,
Varium irruit ad ensem, qui illius super
Lectum cedrinum circa clauum semper appendebat,
Certe iste cum desyderio cucurrit nuper factum cingulum
Leuem faciens altera uaginam magnam lothi opus, (tata,
Ingensq; certe thalamus nuptialis repletus est iterũ obscura
Famulos tunc uocauit somnum grauem expirantes,
Ferte ignem quàm celerrime à foco excipientes,
O' famuli mei fortesq; portarum frangite pessulos,
Surgite ò famuli audaces, ipse exclamauit,
Ipsi uero statim uenerunt lucernis simul incensis

Famuli,repletaq; est domus festinantes unus quisq;,
Certe quàm primum uiderunt paruulum Herculem
Feras duas manibus tenaciter mollibus habentem;
Cũ terrore exclamarunt.ipse uero ad patrẽ Amphitryona
Reptilia ostendebat,saliebatq; in altum gaudens
Puerilitate ridens ante obiecit pedes
Patris morte aggrauata grauia monstra.
Alcmena quidem postea ad suum misit sinum
Desiccatum à timore iracundum Iphiclem,
Amphitryonq; alterum sub ouinam posuit uestem,
Filium iterumq; ad cubile iens recordatus est quietis;
Aues ter tunc ultimum matutinum cantauerant,
Tiresiam tunc uatem uera omnia dicentem
Alcmena uocans,rem narrauit nouam.
Et ipsum interpraetari quomodo finiri futura hæ essent
Iussit,ne q; si aliquid Dei parant prauum,
Verecundans me abscondas,& sic non est uitare,
Homines,quod parca secundum stamen immittit,
O' uates Eurei fili ualde te sapientem doceo,
Hoc modo dicebat regina,ipse respondit talia.
Confide optimos pariens ò mulier perseus sanguis.
Ita per enim meum suaue lumen,quod iam abijt oculorum,
Multæ græcarum molle circa genua filum
Manu uoluunt usq; ad summum noctis canentes
Alcmenam nomine,honorq; eris argiuis
Talis uir hic futurus est,ad cœlum astra ferentem
Ascendere tuus filius,à lateribus latus heros:
Quo & feræ omnes,& homines minores alij.
Duodecim cui perficienti fatale est in Iouis habitare,

Labores mortaliaq; omnia pyra in Trachinia habebit,
Sponsusq; immortalium uocabitur, qui hæc excitarunt
Monstra in cauernis degentia infantem deuorare.
Erit enim illa dies, quando hinnulum in cubili
Crudelis habentes dentes lædere uidens lupus nollet,
Verũ ò mulier ignis quidẽ tibi sub cinere bene ordinatus
Siccaq; ex aspalathi ligna parate uel paliuri, (sit:
Vel rubi, uel à uento mobilem siccum acherdon:
Combureq; hos syluestribus in stellis serpentes
Nocte media, quando puerũ interficere tuũ uoluerũt ipsi,
Summo maneq; colligens cinerem ignis seruorũ aliquis,
Proijciat bene ualde totam super flumen ferens
Fractas in petras ad uentum secundum, iterumq; reuerti
Non reuersus, puroq; perfumate domum sulphure,
Primum: posteaq; salibus commixtam, ut leges sanctũ est,
Ramo spargere coronatum in nouam aquam,
Iouiq; sacrificare supra nos existenti masculum suem
Inimicis superiores ut sitis,
Dixitq; recedens eburneum ascendit currum
Tiresias multis grauatus licet existens annis:
Herculesq; sub matre noua planta tunquam in uiridario
Nutriebatur Argiui uocatus Amphitryonis:
Literas quidem puerum senex Linus docuit
Filius Apollinis studiosus uigil heros,
Arcumq; tendere, & directorem ad metam esse sagittarũ
Euritus à patre magnis diues facultatibus.
Verum cantorem fecit, & ambas manus adaptare
Buxeæ Citharæ Philamonij filius Eumolpus,
Quotq; cruribus agiles ex Argo homines,

Interse decipiunt luctis, quotq; pugiles,
Graues cum cæstibus, quasq; in terram cadentes
Pugiles inuenerunt luctas, utilia arti
Omnia didicit Mercurij eruditus sub filio,
Harpalyco Phanopea, quem non longe inspiciens,
Audacter aliquis pertulisset certamen in certamine,
Tale supercilium horrida iacebat in facie,
Equos impellere in curru, & circa metam
Tute flectentem in rota syringam conseruare,
Amphitryon filium optima cogitans docuit
Ipse: quoniam ualde multa uelocium abstulit certaminum,
Argo in equos nutrienti brauia, & ipsius infracti
Currus, in quos ascendebat, tempore absoluerant per lora,
Lancea eminenti sub scuto humerum habentem,
Virum inuadere ensiumq;, tolerare lacerationem,
Ornareq; phalangem, insidiasq; metiri,
Inimicorum contra ipsum uenientem, & equitibus iubere,
Castor Hippalide filius docuit fugitiuus ab Argo ueniens,
In qua iã hereditatẽ totã, et uini ferã terrã magnã Tydeus
Habitabat ab Adastro accipiens equo ferens Argos,
Castori nullus similis in semideis bellator
Alius erat, antequam, senectutem contriuisse iuuentutem,
Hoc modo quidem Herculem grata erudierat mater,
Cubileq; filio factum propè patrem,
Pellis leonina ualde sibi grata ipsi.
Cœnaq; carnes assatæ, & in canistro magnus panis,
Doricus tutę ulneam fodientem uirum saturare.
Sed in die aliquantulum sine igne capiebat cibum,
Vestesq; nõ arte elaboratas medias super induebat suras.

THEOCRITI HERCVLES LEONICIDA. IDYLLION. XXXII.

Vnc senex allocutus est bouum bubulcus uir
b *Cessans ab opere,quod ipsius in manibus iacebat*
Tibi ò aduena promptus dicam quod interrogas.
Mercurij uenerans grauem curam iuxta uiam
Hunc quoniam dicunt maxime cœlestium irasci
Si uia indigentem recusat aliquis uiatorem,
Greges quidem regis bene lanati Eugiai.
Non omnes pascuntur unum cibum,neq; unum locum,
Aliæ quidem fluentis ripas circa Elinondi,
Aliæ sacrum diuini apud fluxum Alphei,
Aliæ circa Nuprasij *uitiferi,aliæ uero hic*
Seorsum,ouilia ipsis facta sunt singulis,
Verum armentis sufficiunt,attamen
Omnibus pascua sic pullulantia semper sunt
Mignij per humidum locum,quoniam suauem herbam
Pratáq; producunt rosea amoenaq;
Abunde,quæ bobus robur cornutis auget,
Stabulum & ipsis istud tuæ in dextera manus
Apparebit bene ualde totum ultra fluuium fluentem,
Illud ubi Platani,altæ natæ sunt,
Viriduq; oleaster Apollinis *pastoralis,*

Sacellum purum ò aduena perfectissimi Dei,
Statimq; stabula magna agrestibus
Ædificata sunt, qui regi multas, & immensas diuitias
Conseruamus iuste, & aratis semen noualibus
Aliquando proijcientes, & quater uersis item:
Terminos quidē sciunt arborū fossores, qui multa operátes
Ad torcularia ueniunt, post quā, æstus oportuna uenerint;
Totus enim iam ager hic prudentis Augiæ
Frumentum ferentiaq; iugera, & uineta arboribus repleta
Vsq; ad extremitates multos fontes habentas extremitatis,
Ad quas nos operibus proficiscimur singulo die,
Quemadmodum decet famulos, quibus uita est in agris.
Verum, tu mihi dic quod tibi pro lucro ipsi
Erit, quo huc indigens uenisti,
Vel Augiam, uel famulorum aliquem illius
Inquiris, qui hic sunt, ego enim tibi manifesta cognoscens,
Omnia ualde, habebis me, quoniam non dicam te ex malis
Esse, neq; malis similem natum esse ipsum.
Qualis tibi magna species conuenit certe filij
Immortalium tales inter homines sunt,
Ad hunc respondens dixit Iouis fortis filius;
Certe ò senex Augiam uolo principem Epiorum
Inspicere, huius quoniam & me duxit huc necessitas;
Siue ille quidem in urbe manet apud suos ciues
Populum curans, & iudicat iura,
Famulorum iam aliquem, tu mihi dic ducem esse,
Qui in agris es senior famulus,
Cui partim dicam me partim loquentem audirem:
Alio alium fecit Deus indigentem hominem,

Cui senex iterum respondit diuinus agrestis,
Immortalium ò hospes consilio alicuius huc perueneris,
Quia tibi omne, quod uis statim opus factum est,
Quoniam Augias filius gratus solis,
Suo cum filio potentia Phylij splendidi
Externus uenit ab urbe abhinc multos dies,
Facultatem inspecturus, quæ ipsi immensa in agris,
Quẽadmodũ aliquo modo & regibus uidetur in mẽtibus
Ipsis curantibus magis seruata esse domus, (suis
Sed eamus ualde ad ipsum, ego uero tibi dux ero
Aulam ad nostram, ubi inueniemus regem,
Sic dicens præibat, mente ille multa cogitabat,
Pellemq; feræ uidens, manum plenam clauam,
Vnde aduena promptus erat ipsum interrogare.
Retroq; timore ad labia excepit sermonem uenientem,
Ne aliquid ab ipso non in tempore uerbum diceretur:
Festinante difficileq; alicuius mentem scire uiri:
Illos uero canes euntes longe statim cognouerunt,
Ob hæc duo odoremq; corporis strepitumq; pedum.
Maxime latrantes cucurrerunt aliunde alius
Amphitryonadæ Herculi, sed senem
Sine læsione latrantes blandiebantur ex altera parte,
Hos quidem ille lapidibus à terra aliquantum eleuans,
Fugerem ut retro perterrefaciebat, asperaq; uoce
Minabatur ualde omnibus, cessare faciebat à latratu,
Gaudens mentibus suis: quia aulam conseruabant,
Ipso non præsente, uerbumq; ille tale dixit,
Heu qualem hanc Dei fecere reges,
Feram hominibus interesse quàm prudens,

Si ipsi & mentes hoc modo prudentes intus fuissent,
Cognoscerentq; qua re oportet irasci,quareq; & non.
Non ferarum aliqua contendisset de honore:
Nunc uero ualde iracundumq;,& asperum factũ est ita,
Dixit & prompte ad stabulum sederunt euntes.
Sol quidem postea ad occasum uertebat equos,
Tardum diem ducens,& Venere pingues pecudes
Ex pascuis redeuntes ad aulamq;,præsepiaq;,
Verum postea boues ualde infinitæ,alij post alios
Venientes apparent,ut nebulæ aquosæ,
Quotq; in cœlo sunt impulsæ ulterius,
Siue noti uiolentia,siue thracij boreæ.
Horum quidem nullus numerus in aëre fit euntium,
Neq; finis,tot enim post primas commouet
Vis uenti,et aliæ parantur iterum in alijs,
Tot semper retro boues ad stabula ueniunt,
Totusq; repletus ager,omnesq; uiæ
Armento ueniente arctabantur,pingues agri,
Mugitu,stabulaq; bobus facile replebantur,
Vertentibus pedes,oues per stabula stabulabantur.
Vbi quidem nullus quietus infinitas licet existentibus.
Stabat apud boues uir indigens opere,
Sed alius quidem circum pedes bene incisis alautis,
Pulchros calceos adaptabat adstans propè mulgens.
Alter uero rursus charos filios charis sub matribus mitte-
Bibere,suaui ut implerentur omnino lacte, (bat
Alius mulctram habebat, alius nutriebat pinguem caseum.
Alter introducebat intro tauros seorsum à fœminis:
Augeas uero ad omnia iens inspiciebat bouum stabula,
Si quam

Si quàm ipsius saeculorum aram habebant pastores,
Cum eo filius, & uis prudentis Herculis
Sequabantur regem abeuntem ad magnas diuitias;
Tunc & indomitum licet habens in pectore animum
Hercules, & congruum continue semper,
Horrende admiratus est tamen infinitam copiam
Inspiciens, non enim dicebat, nullus crederet,
Viri copiam unius tantum esse, neq; decem aliorum,
Qui multas oues omnium erant regum.
Sol suo filio hoc praecipuum dedit donum,
Diuitem ouibus inter omnes esse homines,
Et certe ipsi ipse augebat penitus animalia omnia.
Usq; ad finem, nõ quidẽ enim aliquis uenerat morbus illis
Armentis, quae opera corrumpunt pastores,
Semperq; plures cornuti boues, semper meliores
Ex anno fiunt in annum, quoniam omnes
Animalia uiua erant foeminas parientes,
Ipsisq; tercentum tauri simul cum ipsis per ordinem ibant
Cruribus albis, curuis cornibusq; ducenti quidem alij
Rubei, omnesq; ascensores, ijq; erant iam,
Alij uero rursus cum ipsis duodecim pascebantur
Sacrati soli coloreq; erant tanquam cygni
Albi, inter omnes excellebant uertentes pedes,
Qui & seorsum ab armẽto pascebãtur pullulantem herbã
In pascuis hoc modo ualde inter ipsos superbientes:
Et certe qui ex denso ueloces exibant ferae
Ad planitiem ex nemore bouum causa syluestrium:
Primi isti ad pugnam secundum corporis ierũt impetum,
Grauiterq; mugiebant caedem ostendentes in facie,

Horum quidem præstabat uiq́;,& robore,
Ceræ arrogantia phaeton magnus, quem quidem pastores
Stellæ omnes assimularunt,quia multum in alijs
Bobus iens fulgebat,ualde clarus erat,
Qui quidem pellem siccam uidens fului leonis;
In ipsum postea irruit uisum Herculem,
Vt infigeret ad latera caput,fortemq́; frontem,
Huius quidem Rex irruentis cœpit manu crassa,
Sinistro statim cornu per uero ceruicem infra in terra
Fregit grauẽ licet existentem iterũ et ipsum impullit retro,
Humero irruens ipse ipsius contra neruos extensus,
Ex musculis extremi brachij rectus surrexit,
Admirati fuerunt,uero ipseq́; rex,filiusq́; prudens
Phyleus,quiq́; in bobus curuicornibus bubulci erant.
Amphitryonadæ uiolentiam fortem uidentes;
Ipsi duo ad urbem derelinquentes,ibi pingues agros,
Ibant Phyleusq́; uis heraclea,
Publicam ascenderunt ubi primum in uiam
Augustam uelocibus semitam pedibus perficientes,
Quæ per uineta à stabulo extendebatur:
Non ualde manifesta,in nemore uiridi existens,
Ibi quidem allocutus est Iouis filium alti
Augiai carus filius,ipsum post existentem
Quiete declinans caput ad dexterum humerum,
O' amice iam diu quoddam omnino te de uerbum audiens,
Tanquam meis in mentibus pono modo,
Venit enim ueniens aliquis ab Argo iuuenis robur
Hùc achaicus uir ex Elicæ maritima uicinitate,
Qui sanè dicebat,& inter multos Epioncrum,

Quòd argiuorum quidam, ipso præsente, perdidit
Feram grauem, malum monstrum agricolis,
Concauam cauernam habentem Iouis Nemæi apud lucum,
Nescio uerè uel Argo ex sacro
Hinc, uel Tyrinthum habitans urbem, uel Mycenam,
Ita ille dixit, genereq; ipsum esse dicebat,
Si rectè ego recordor, ex Perseo,
Credo nō aliū hoc perferre potuisse ex attingētibus æquor
Nisi te:pelluq; feræ aperte cōstatur, (ciuitatibus
Manuum forte opus, quod latera tegit,
Dic age nunc mihi primum, ut cognoscam in animo,
Heros, siue uere auguror siue non,
Si tu ille, quem nobis audientibus dixit
Non ex Elyce achæus, ego uero de te crediderо recte,
Dic quomodo perniciosam hanc feram ipse occidisti,
Quomodoq; syluestrem Nemeæ ingressa locum,
Non enim tantam per locum Appidum feram inuenires;
Desyderans uidere, quoniam non ualde tantas feras pascit,
Sed ursosq;, aprosq;, luporumq; perniciosum ramū germen:
Hac de causa admirabantur audientes tunc sermonem:
Hi uero & mentiri aduenam uirum dicebant,
Linguæ uana dicentis gratificandum præsentibus,
Sic dicens ex media cessisti uia
Phyleu, ut euntibus cum ipsis par esset,
Et ut facilius loquentem audiret Herculem:
Qui ipsum sequens tali allocutus est sermone.
O' Augiade illud enim quod me in primis interrogasti:
Ipse ego & ualde facile ad amussim nouisti,
Deq; tibi singula dicam hoc monstro,

Quomodo facta sunt, quoniam desyderas audire,
Præter hoc unde uenit, hoc enim ex multis licet existētibus
Argiuis, nullus posset manifeste dicere,
Solum deorū aliquē coniecturamus hominibus nocumentū
Ob sacrificia iratum Phoronidis oræ immisisse.
Omnes quia Pisææ diluens fluuius tanquam
Leo insatiabiliter deuastabat, maximeq; Bembinæos,
Quoniam ipsi uicini habitabant intolerabilia patientes,
Hoc quidem mihi in primis perficere iussit certamen
Euristeus, interficereq; me mandauit feram grauem.
Verùm ego cornu flexile accipiens uacuamq; pharetram,
Quam digrediens repleui altera clauam
Bene factam cum cortice alti oleastri,
Bene mensam, quam quidem ipse sub diuino Helicone
Inueniens cum densis integram euulsi radicibus:
Verùm postquam ad locum ubi leo erat perueni,
Tunc arcum capiens aduncæ admoui extremitati,
Neruum supra sagittam dolorificam statim posui,
Quocūq; oculos ferēs perniciosum monstrū speculabar,
Si ipsum uiderem priusquam, me illud uideret,
Dies erat medius, & neq; ubi uestigia illius
Animaduertere poteram, neq; rugitum audire,
Neq, quidem hominum aliquis erat in bobus, & operibus,
Apparens per satum sulcum, quem interrogarem,
Sed in stabulis pallidus timor habebat quemq;,
Nō enim prius pedes detinui, montē dēsa folia habētē inue
Antequā uiderem, uiresq; statim experirer, (stigans
Certe iste quidem in antrum meridionale ibat ad suum,
Comestus carnesq;, & sanguinem circumq; iubas

Horrendas fœdatus erat cæde,horridamq; faciem,
Pectusq;,linguaq; uero undiq; lambebat mentum,
Verum ego in uirgultis simul umbrosis abscondi
In loco eminenti syluoso,expectans quando accederet,
Et iaculatus sum propè iens sinistrum in ille
Frustra:non sagitta per carnem penetrauit
Aspera:uiridi uero retrocedens cecidit in herba,
Sed ipsa caput fuluum à terra non eleuauit,
Attonitus ubiq; circurrit oculis
Inspiciens albos uero hians ostendebat dentes,
Contra quem ego aliam sagittam à neruo proieci
Ægre ferens,quòd mihi prius frustra effugisset manu.
In medium uero inieci pectoris,quod pulmonis sedes,
Sed non quòd sub pelle ingressa dolorifica sagitta,
Sed cecidit ante pedes frustra.
Tertiam iterum futurus eram,dolens in mente grauiter
Retro educere,ipsa me uero uidit circũ pupillas uoluẽs ocu
Fera insatiabilis,longamq; circum poplites inuoluit (lis
Caudam,statim pugnæ recordata est,totum ipsius collum
Ira impletum est,fuluæq; horruere iubæ
Iracundo,curuumq; dorsum factum est tanquam arcus
Vndiq; contractus sub lateraq;,& lumbons,
Quemadmodum,quando carpentarius uir multorũ peritus
Ramos flectit caprifici fici, (operum
Calefaciens igni,primum in axem circundat curribus,
Huius quidem ex manibus effugit oblongum lignum
Deflexum,longe uero uno salijt ab impetu.
Sic contra me leo grauis longe totus salijt,
Cupiens corpus lędere,ego uero altera sagittam

Manu ante tenebam, & ab humeris duplicem uestem,
Altera clauam caput super siccam eleuans,
Intuli in caput bifariam uero clauam fregi.
Ipsius in denso capite ex oleastro
Feræ indomitæ, ceciditq; ipse antequam ad me uenisset,
Ex alto in terra, & in tremebundis pedibus stetit
Inclinans caput, circum enim tenebræ oculos ipsius ambos
Venerant: uis fracti in osse, cerebri:
Hunc quidem ego doloribus delirantem grauibus,
Cognoscens, antequã iterum ipse reuertens respirare
Ceruicis infrangibilis apud neruum intuli præocupans,
Deijciens arcum in terram, multisutamq; pharetram,
Suffocabamq; fortiter graues manus firmans
A tergo ne carnes laceraret meas unguibus,
Ad terram calcibus pedes fortes conculcabam,
Posteriores ascendens lateribusq; coxas seruabam,
Quoad ipsi extendi brachium rectum eleuans
Sine spiritu, animamq;, monstruosam acceperit infernus,
Et tunc enim cogitabam quomodo densam habentẽ ceruicẽ
Feræ mortuæ à membris traherem, (pellem
Difficile ualde opus, quoniam non erat ferro
Incisibilis, neq; lapide experienti, neq; ligno,
Tunc mihi deorum aliquis in mente posuit excogitare
Suis pellem leonis ut scinderem unguibus,
Quibus uelociter decoriaui, & circum posui mea membra,
Septũ tutela Martis corpora humana occidẽtis ut mihi eẽt,
Ipse ubi Nemeæ facta est ò amice feræ pernities,
Multis ante ouibus, & hominibus nocumenta ferentis.

THEOCRITI EBRIAE
DEBACCHANTES DORICA LINGVA.
IDYLLON. XXXIII.

No, & Autonoe, & rosida genas Agaune,
Tres thiasos in monte, tres duxerũt ipsæ existentes,
Et quidem euulserunt frondosa ex quercu syluestria folia,
Hederamq; uirentem, & trifolium ex terra,
In puro prato ædificarunt duodecim aras,
Tres Semele, decem Baccho;
Sacrificia ex canistro elaborata manibus excipientes,
Sancte deposuerunt nuper factis in altaribus:
Quemadmodum docuerat ipse, uti placebat, Bacchus,
Pentheus uero ex eminenti petra omnia aspiciebat,
Lentiscum ad antiquũ sub ingressus illius regionis lignũ
Autonoe, prima ipsum exclamauit grauiter, uidens,
Cumq; perturbauit pedibus furentis sacrificia Bacchi,
Repente contra iens hæc non uidere profani,
Furebat quidem & ipsa, furebantq; statim & aliæ,
Pentheus uero fugiebat perterritus, ipsæ uero sequebantur,
Vestes cingulo super poplitem eleuantes.
Pentheus quidem hoc dixit, cuius indigetis ò mulieres:
Autonoe hoc dixit, cito cognosces, antequàm, audies aliud;
Mater quidem caput mugiuit filij accipiens,

Quantus parientis est mugitus leænæ,
Ino uero rursus fregit cum humero brachium, magnũ hume
Calce in uentre iens Autonoe numerus idem. *(rum,*
Ipsæ uero aliæ reliquas carnes laniarunt mulieres
Ad Thebasq; uenerunt pollutæ sanguine omnes,
Ex monte luctum, & non Penthea ferentes,
Non curo, neq; alius odio esse Baccho
Putet, neq; si difficiliora his elaborauerit,
Esset nouem annorum, siue & decimum ascendisset.
Ipse uero utinam purus sim, & puris placeam,
A' Ioue ægiocho honorem habet aquila hoc modo.
Piorum filijs bona sunt, impiorum uero non.
Gaudeat quidem Bacchus, quem in Dracano niuoso
Iupiter summus magnam coxam posuit aperiens.
Gaudeatq; pulchra Semele, & sorores ipsius
Cadmi filiæ, multis curæ habitæ ab heroinis,
Quæ hoc opus fecerunt excitante Baccho,
Non damnandum: nullus diuina contemnat.

THEOCRITI COLVS. IDYLLION. XXXIIII.

CÆruleę o amans lanā cole munus Palladis,
Mulieribus mēs domū seruātibus tua domita
Freta nos sequere ciuitatem ad Nilli splen-
didam,
Vbi Veneris sacellum arundine umbrosum sub molli,
Illuc quia nauigationem prosperam petimus à Ioue,
Vt amicum meum, delecter, uidens, & osculer
Niciam, gratiarum gratę loquentium sacram stirpem,
Et te ex ebore multi laboris factam.
Munus Niciæ ad uxoris manus dabimus.
Cum qua multa quidem opera perficies uirorum uestibus,
Multaq;, qualia mulieres ferunt aquatica perizemena,
Bis enim matres agnorum molles in herba uelera
Tondentur in eodem anno Theugeniem apud amabilem,
Sic operans, amatq; quot prudentes:
Non enim ad ociosas, neq; ignauas quidem uoluerim
Mittere te domos, nostra existentem à terra
Et enim tibi patria, q̄ ex Corintho ædificauit iam Archias.
Naxis tria promōtoria hn̄tis medulla hoīum proborū urbē,
Nunc quidē domū habens uiri, qui multa didicit sapientia,
Hominibus morbos medicamina asperas ad expellendum:
Habitabis Miletum amabilem cum Iaonijs,
Vt optimam colum habens Theugenia in popularibus sit:
Et ipsius memoriā semper amantis cantilenā habens amici,
Illud enim aliqs dicat alicui uidens te, certe maxime gratia
Dono cum paruo: omniaq; honoranda ab amicis.

THEOCRITI AMORES. IDYLLION. XXXV.

Vinũ ò amate puer, dicitur & ueritas;
Et nos oportet ebrios ueridicos esse:
Et ego quidem quæ mentis dicam jacet in recessu:
Non & toto amare me ex corde
Cognosco, medium uitæ habeo,
Viuit ob tuum aspectum, reliquum abijt,
Et quando quidem tu uis, dijs æqualem duco
Diem, quando uero non uis tu, ualde in tenebris,
Quando ista congrua amantem dolores dans,
Sed si mihi in aliquo pareres iunior maiori natu,
Ideo melius ipse habens me laudares,
Facere nidum unum sub aliquo arbusto:
Quo nullum accederet syluestre reptilium,
Nunc uero hoc quidem die alium habes ramum,
Alium uero cras, ex alio alium, alterum quæris,
Et certe tuum pulchrũ unusquisq; uidens rubore laudaret;
Huic uero statim plus tribus annis factus es amicus,
Primum uero amantem tertium fecisti
Virorum superborum, uideris spirare:
Ama uero dum uiuis similem habere semper:
Vtinam sic facias, bonus quidem audieris,
Ex ciuibus te amor non difficile habet,
Qui hominum mentes facile possidet,
Et me mollem fecit, qui ante eram ferreus,
Sed undiq; molli uinculo te pedibus ligabo.

THEOCRITI COLLOQVIVM. IDYLLION. XXXVI.

Daphnidis, & Puellæ.

Rudentem Helenam Paris rapuit bu bulais alius, Daph.

Magis me ista Helena bubulcum est amans.

Ne glorieris ò Satyrice, uanum osculum dicunt Puel.

Est & in uanis osculis dulcis uoluptas. Daph.

Os meum lauo, & expuo osculum. Puel.

Lauas labia tua, da iterum ut te deosculer. Daph.

Bonum tibi uaccas osculari, non innuptam Puellam. Puel.

Ne glorieris, cito enim te relinquet, ut insomniũ, iuuentus. Daph.

Vua, passa est, & non rosa sicca perit.

Hùc ueni sub oleastrum, ut tibi aliquam fabulam narrem.

Nolo, & ante me decepisti dulci sermone. Puel.

Hùc ades sub ulmos, ut meam fistulam audias. Daph.

Tuam mentem delectes, prauum nihil placet. Puel.

Ah ah Veneris iram time & tu ò Puella. Daph.

Valeat Venus, dum modo mitis Diana sit. Puel.

Ne dicas, ne percutiat, & in rete insolubile uenias. Daph.

Percutiat, ut uult, iterum Diana nobis auxiliabitur. Puel.

Ne inijcias manum, & labium tuum lacerabo.

Ne fugias amorem, quem non effugit uirgo alia. Daph.

Fugio ita per Pana, tu uero semper iugum portabis. Puel.

Timeo, ne pater te peiori me uiro det. Daph.

Multi proci me petũt, sed quoad mẽtem meã placet nullus. Puel.

Daph. *Et etiam ego ex multis unus procus tuus huc uenio.*
Puel. *Et quid ò amicæ faciam? nuptiæ plenæ sunt doloris.*
Daph. *Nō dolorē, non molestiā habent nuptiæ, sed delectationes.*
Puel. *Ita quidem dicunt mulieres suos timere maritos*
Daph. *Magis semper maritis dominantur: quem timent mulieres?*
Puel. *Parere timeo, difficilis est sagitta* Lucinæ.
Daph. *Sed tua domina dolorem inferens* Diana *est.*
Puel. *Sed parere timeo, ne & colorem pulchrum perdam.*
Daph. *Sed si paries caros filios, nouum lumen uidebis filios.*
Puel. *Et quam nam mihi dotem feres nuptijs dignam si annuero.*
Daph. *Totum gregem, omnia nemora, & pascua habebis.*
Puel. *Adiura, ne post lectum relinquens me inuitam abires*
Daph. *Non per Pana, & si me expellere uolueris.*
Puel. *Facies mihi thalamos, parabis & domum, & aulas?*
Daph. *Faciam tibi thalamos, & gregem pulchrum pascam.*
Puel. *Patri uero seni quem quidem sermonem dicam?*
Daph. *Laudabit tuum cubile postquam, meum nomen audiet.*
Puel. *Nomen tuum dic illud, & nomen sæpius delectat.*
Daph. *Daphnis ego, & Lycidas pater, mater uero Nemea.*
Puel. *Ex bene generosis, sed non te inferior sum.*
Daph. *Non ualde honorata, pater enim tibi Menalcas,*
Puel. *Ostende mihi tuum nemus, ubi tua est aula.*
Daph. *Huc uide quomodo florent meæ altæ cyparissi.*
Puel. *Capellæ meæ pascimini bubulci opera ut cognoscam.*
Daph. *O' Tauri bene pascimini, dū nemora uirgini huic ostēdā.*
Puel. *Quid facis ò satyrice, quid intus tetigisti mamillas?*
Daph. *Mamillas tuas primum uirentes addiscam, experiar.*
Puel. *Obstupeo certe per Pana tuam iterum aufer manum.*
Daph. *Confide ò amica, cur times? quam timida.*

Deijcis in cloacam me, & uestes pulchras polluis. Puel.
Sed sub tuas uestes mollem pellem iam proijcio. Daph.
Heu heu & indusium abscindere fecisti, ad quid soluis Puel.
Veneri primum ego hoc donum tribuo. Daph.
Mane miser, cito qu dam huc uenit strepitus Puel.
Inter se dicunt tuas nuptias cyparissi. Daph.
Vestem meam fecisti laceratum, sum & nuda. Puel.
Aliam uestem tua tibi meliorem dabo. Daph.
Dicis mihi daturum omnia, forsitan postea nec salē dabis. Puel.
Vtinam possem & ipsam animam immittere. Daph.
O' Diana ne irascaris. D. tu uero nupsisti, et nū amplius cre Puel.
Sacrificabo iuuencam Amori, & ipsi bouē Veneri. (dit.
Virgo huc ueni, mulier & domum reuertar,
Sed mulier mater filios pariens non amplius uirgo
Ita isti quidem uiridibus lætantes membris,
Inter se murmurabant surrexerunt furtiuum cubile,
Et altera quidem surgens ibat ad oues pascendum
Oculis uerecundans, sed cor ipsius intus erat lætum,
Alter uero ibat ad taurorum armenta lætus cubile.

FINIS.

ROsæ rosidæ: & densum illud
Serpillum iacet heliconiadibus.
Nigrifrondesq; Lauri tibi Pythie Pæan,
Delphis nanq; petra hoc tibi in honorem obtulit.
Altare autem cruentabit cornutus hircus iste pinguis
Terminthi, comedens ultimum uirgultum.

Aliud.

Daphnis albus pulchra fistula canens,
Bucolicos hymnos, dicauit Pani hæc.
Tres cannas, pedum, acutum iaculum,
Pellem bisulcam, peram, qua olim poma ferebat.

Aliud.

Dormis folijs strata planicie Daphni corpus fessus
Faciens quiescere, retia autem nuper fixa per montes
Venaturq; te Pan, & croceam Priapus
Hederam in optato capite innoxam habens
Antrum intra euntes riuales, sed tu fuge,
Fuge dimittens somni soporem collectum.

Aliud.

Ipsum uicum ubi quercus, caprarie declinans
Ficulneam inuenies nuper sculptum statuam
Tribus cruribus cum ipso cortice, sine auribus, sed pene
Pueros generante ualentem cypridis opera perficere.
Hortusq; sace-, circumcurrit perpetuusq;.
Fluentum, à speluncis, quocunq; floriditatem inducit
Lauris, myrtus, & odorifera ciparisso,
Vbi circunfunditur racemipara capreolo

Vitis: Verno autem acutisonis cantibus,
Merulæ strepunt balbutientia carmina
Flauæ luscinię luctibus contra resonant,
Canentes oribus melisonam uocem.
Sede illic, & gratioso Priapo
Supplica odisse Daphnidis me amores:
Et statim, sacrificaturum capram pulchrã, si uero annuerit
Hoc consecutus, uolo triplex sacrificium facere,
Sacrificabo enim uitulã, hirsutum hircum, agnũ quẽ habeo
Pinguem, audiat autem benigne deus.

Aliud.

Vis per nymphas binis tibijs canere
Dulce quid mihi? & ego citharam tollens,
Incipiã quid strepere, bubulcus autem simul delectabit
Daphnis cera compacto spiritu canens,
Propè uero stantes densam quercum, antrum pone
Pana capripascuum priuabimus somno

Aliud.

Ah miser tu Thyrsi, quid plus si colliquabis
Lachrymis, geminos oculos lamentans:
Abijt capella pulcher fœtus abijt ad infernum,
Asper enim unguibus circumpressit lupus,
Canes uero latrant: quid plus, quando illius
Os, neq; cinis relinquitur pereuntis.

Aliud.

Infantem filium reliquisti in iuuentute, & ipse
O' Eurymedon, sepulchrum hoc mortuus sortitus es
Tibi quidem sedes diuinos inter uiros: hunc uero ciues
Venerabuntur patris memores æque boni.

Aliud.

Cognoscam si quid tribuas bonis plus an & timidus
Ex te similiter æquale uiator habeat,
Valeat hic tumulus dices, quoniam Eurymedontis
Iacet sacro leuis super capite

Aliud.

Fuit in miletum Peonis filius
Cum medico ægritudinum uiro conuersaturus
Nicia, qui ipsum quottdie semper sacrificijs colit.
Et hanc ex odorifera saulpsit statuam cedro
Hetioni gratiam concauæ manus summam sistens
Mercedem, hic autem ad opus totum immisit artem

Aliud.

Hospes siracosijs tibi uir hoc cupit orthon
Hiemali ebrius nusquam nocte eas,
Et enim ego talem habeo mortem pro multa
Patria peregrinam iaceo indutus

Aliud.

Vobis hoc ò deæ gratum nouem omnibus
Simulacrum Xenocles posuit marmoreum,
Musicus non aliter quis dicit, sapientiam autē propter hanc
Laudem habens musarum non obliuiscitur

Aliud.

Eustenis sepulcrum naturæ cognitor sapiens,
Grauis ab oculo, & sensum discere
Bene ipsum sepelierunt socij in hospite hospitem existentē.
Et cantor ipsis mire carus
Omnia quæ conuenit habet moriens sapiens
Quamuis impotens existens habuit ergo curatores

Damomelis

Damomeles princeps choreæ tripodem ò Dionise
Et te iocundissimum deorum beatorum dedicans,
Mediocris fuit in pueris, choro aut acquisiuit uictoriam
Virorum: & pulchrum, & conueniens uidens.

Aliud.

Hæc Venus non popularis. placa deam dicens
Cælestem sanctæ dedicationem Grysogones
In domo Amphiclis, cui & filios, & uitam abuit
Communem, semperq; sibi melius in annis fuit,
Ex te incipientibus ò ueneranda. curam habentes enim
Immortalium, ipsi plus habent mortales.

Aliud in Anacreontem.

Specta statuam hanc ò hospes
Studiose, & dic postquam domum Veneris,
Anacreuntis imaginem uidi in Teio
Eorum qui ante fuerunt, si quid præstans est poëtarum.
Addens, & quòd iuuenibus delectabatur,
Dices uere totum uirum.

Aliud in Epicharmum.

Et uox dorica, & uir Comædiam
Inueniens epicharmus.
O' Bacche Æneum ipsum pro uero
Tibi hic dicarunt.
Quem siracusis erigunt in Peloricæ urbe
Ceu uiro ciui.
Cumulum enim habuit pecuniarum me moribus
Perficere prompte.
Multa enim ad uitam pueris dixit utilia
Magna gratia ipsi.

Aliud Epitaphium Hipponactis.

Poëta hic Hipponax iacet,
Si quidem malus, ne accede ad tumulum,
Si autem es bonusq́; & ex bonis,
Confidens accede, & si uolueris dormite.

Epitaphium Chitæ nutricis Mediæ.

Paruum hoc extruxit threissæ
Medius sepulchrum inuia: & inscripsit Clitæ
Habebit gratiam mulier pro illis,
Quibus puerum nutriuit adhuc sanè adhuc utilis uocatur.

Aliud in Pisandrum qui Heracleam composuit.

Iouis hic uobis filium uir
Leonis expugnatorem acuti manum,
Primus antiquorum poëtarum,
Pisander conscripsit ex Camero,
Et quot laborauit dixit certamina.
Hunc autem ipsum populus, ut manifeste scias,
Erexit hic æreum faciens
Multis mensibus in posterum & annis.

Aliud in Archilochum.

Archilochum & sta, & uide antiquum poëtam
Iamborum, cuius infinita gloria
Penetrauit & in noctem, & ad auroram.
Certe ipsum musæ, & Delius diligebat Apollo,
Quoniam aptus erat & dexter,
Carminaq́; facere, & ad lyram canere.

Aliud Theocriti in seipsum,

Alius Chius, ego autem Theocritus qui hæc scripsi,
Vnus sum ex multis Siracusanis

Filius Praxagoræ, inclytæq; philinæ.
Musam peregrinam nunquam induxi.

Epithaphium bionis.

Miserabilia ingemiscite saltus, & doricæ aquæ,
Et fluuij lugete optatum Bionem,
Nunc plantæ flete mihi, & nemora nunc gemite:
Flores nunc tristibus spirate corymbis:
Nunc rosę cruentate, luctuosa nunc anemone
Nunc hyacynte loquere, tuas literas, & plus heu heu
Accipe tuis folijs pulcher obijt, cantor.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Philomelæ crebris lugentes in folijs,
Fluxibus siculis nunciate arethusæ:
Quòd Bion perijt bubulcus, quòd cum ipso
Et carmen perijt, & perijt dorica cantilena,
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Strymonij cruentate apud aquas miserabilia cigni,
Et luctuosis oribus canite flebilem cantum.
Qualem uestris in labris uox canebat:
Diciteq; puellis agrestibus dicite cunctis
Bistonijs nymphis, mortuus est doricus Orpheus.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Ille armentis optatus non amplius canit.
Non amplius desertis sub quercubus sedens cantat.
Sed apud Plutonem melos lętæum canit.
Montes sunt muti, & boues iuxta tauros
Errantes lugent, & non uolunt pascere

Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Tui bion luxit celere fatum ipsus Apollo
Et satyri fleuerunt, nigrichleniq; Priapi
Et panes gemunt tuum melos, quæq; per siluam
Crenides plorarunt, & aquæ lacrymæ factæ sunt
Ecchoq; in petris flet, quia iacet.
Et non amplius imitatur tua labra tuaq; in morte
Arbores fructum proiecerunt, floresq; omnes languerunt
Pecudibus non effluxit, pulchrum lac, non mel aluearibus,
Perijt in fauo tristatum, non amplius enim oportet
Tuo melle mortuo aliud uindemiare.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Non tantum maritima apud littora luxit Delphin,
Neq; tantum olim cecinit in scopulis philomela
Neq; tantum luxit per montes longos hirundo:
Alcyonisq; non tantum in doloribus detentus est Ceyx
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Neq; tantum cæsijs in undis Cerilus cecinit:
Neq; tantum littoralibus in uallibus filium auroræ,
Volans circa sepulchrum fleuit Memnonis ales
Quantum mortuo deplorauere bione.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Philomelæ, omnesq; hyrondines, quas olim oblectabat;
Quas loqui docebat, sedentesq; in ramis,
Contra inter se lugebant, quæq; respondebant
Aues tristamini columbæ sed & uos
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Quis tua syringe canet ò ter optabilis?
Quis ad tuos calamos ponet os? quis audax tantum.

Adhuc enim spirant tua labra, & tua banelitas,
Echoq; in cannis tuas nutrit cantilenas
Pani fero cantum forte & ille firmare,
Os timeat ne secunda tui ferat
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Luget & Galatea tuum melos, quam olim oblectabas,
Sedentem circa te apud littora maris.
Non enim idem Cyclopi charus quem fugiebat
Pulchra Galatea, te autem dulce respexit mare,
Et nunc oblita undam in arenis
Sedebat desertis, clamoreq; etiam tui pascat
Incipite siculæ luctum, incipite musæ
Omniaq; tibi ò bubulce perierunt dona musarum,
Virginum optata oscula labra puerorum,
Et tristem circa tumulum tuum lugent amores,
Venus amat te, multo magis quàm osculum,
Quod ante Adonim morientem osculata est,
Hoc tibi ò fluminum sonorissime secundus dolor,
Hic fortis dolor, perijt ante Homerus,
Illud calliopes dulce os & te dicunt
Plorare pulchrum filium multifluctuosis fluxibus
Omneq; impleuisti uoce mare nunc rursus alium
Filium lacrimaris, grauiq; in luctu tabescis,
Ambo fontibus dilecti hic quidem bibit
Pegasidem fontem, hic habuit fontem Arethusæ
Et hic Tindarei pulchram cecinit filiam
Et Thetidis magnum filium, & Atridam Menelaon:
Ille autem non bella non lacrimas, Pana autem oblectabat,
Et bubulcos siridebat, & canens pascebat:

Et syringas fabricabat, & iocundam uaccam mulcebat:
Et puerorum docebat oscula, & amorem
Nutriebat in sinibus, & placabat Venerem.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Omnis te Bion luget inclyta ciuitas, urbes omnes,
Ascra quidem gemit te multo plus Hesiodo:
Pindarum non desiderant bœotides syluæ,
Non tantum Alcæum Luxit lesbos munita
Neq; tantum, cantorem fleuit Ceia urbs,
Te plus archiloco cupit paros, Proq; Saphone,
Adhuc tui cantum deplorat Mytilene.
Omnes quotquot ardens est os bubulci,
Ex musis tui fatum deflent mortui.
Luget sicelides sami gloriam, inq; cydonibus
Ante ridenti cum oculo clarus uideri
Lacrymas nunc lycidas flens fundit inq; ciuibus,
Triopidis fluuium luget ad Alenta Philetas.
Inq; siracosijs Theocritus at ego tibi
Ausonij luctus cano melos non hospes odes
Bucolicæ, sed quamq; docuisti tui discipulos
Heredes musæ doricę nos honorans,
Alijs quidem tuas opes, nobis autem reliquisti cantilenam.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Heu heu maluæ quidem ut per hortum periere,
Vel uiridia apia, uigensq; nigrum anethum,
Postea rursus uiuunt, & in alium annum pullulant
Nos autem magni, & fortes sapientes uiri,
Quando primum perimus inauditi in terra caua.
Dormimus bene ualde lõgum durum profundum somnum.

Et tu quidem in silentio tectus eris in terra,
Nymphis autem uisum est semper ranam canere.
Huic ego non inuideam carmen enim non pulchrum canit.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Venit uenit Bion ad tuum os uenenum, nosti
Quis ad tua labra, & non dulcatus est
Quis ue mortalis æque immitis, uel miscens tibi,
Vel dare hortans tibi pharmacon effugit oden.
Incipite siculæ luctum, incipite musæ.
Sed iustitia inuenit omnes, ego autem in luctu hoc
Lacrymas & tuum fatum defleo, si possemq;
Vt Orpheus descendens ad tartaron, ut olim Vlysses,
Vt ante Alcides, & ego forte ad domum irem
Plutonis ut uiderem, & si Plutoni canas
Vt audirem quid canas, sed in Proserpinam
Siculum quid stride, & dulce quid bucolica,
Et illa in siculis, & in Ætneis luxit,
Littoribus, & melos nouit doricum, non irremuneratus
Erit cantus, & ut Orpheo ante dedit
Iocunda canenti retro gradam Eurydicen:
Et te bion mittet montibus, si quid & ego
Canere possem apud Plutona, & ipse canerem.

Virili dea domum phocensis fortis consilij grata ritribuens Minerua.
tunc, postea quàm sacram fato ignem spirante ciuitatem in cinerem redegit,
non connumeratus existens inter primarios pugnatores græcorum,
nunc autem in Homeriam ingressus est uiam,
ter felix, quem tu ex animo
hunc felicitas.

Quam uiam ingressus inclytus est æqualiter dijs, quia inuenit in Rhodo natus multimeda solus carmina cantilenæ

semper inspirat.
propitia consilijs.
ua causa ò casta consulta Pallas.
sed à fontibus puram aquam ferebat ignobilis.
dardanidarum, & euertit ex fundamentis reges.
præbuit Epeus bipennem, qua olim turrium à dijs fabricatarum cecidit altitudo

Inſpice me, & terræ profundiorem regem, cœlum, & mare firmantem:
neq; timeas, ſi tantulus exiſtens denſas aggrauantes hirſutas barbas.
tunc ego enim natus ſum, quando iudicabat neceſſitas:
& omnia parabant mentibus aſperis
reptilia omnia, quot ſerpebant
per aërem,

C ✠

& per chaos.
non quidem ſum Cypridis filius,
uolox ſed amor uocor.
non enim iudico ui, ſed mitigo perſuaſione.
cedit & mihi terra, & maris receſſus, & cœlum,
ab ipſis & ego abſtuli ogygium ſceptrum, iudico enim inter Deos iuſtitias.

Sum ara, uirilis me mulieris
maritus, homo bis pubescens
constituit me, non in cinere dormiens filius
lamię, cędes troiani bubulci, & canis filij.
aureus amator, quando incendit uirum
armatum impetuosum, &
perdidit, quem patre ca=
rens binxor labore confecat;
proiectus. & hanc meam
constitutionem inspiciens deas
iudicantis, interfector, tri=
noctis combustor, irruit
exclamans, oppressit enim
ipsum ueneno uentr[illegible]aha
exuens senectutem hunc autem
demorantem in circumflua, Panisq́;
matris maritus fur bis uiuens, filiusq́;
hominiuorae Ilij destructor, causa sagit=
tarum in Theucridem duxit cer captam.

FINIS.

78

REGESTVM.

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt quaterni.

Venetijs per Ioan. Ant. *de* Nicolinis *de*
Sabio. *Sumptu uero* D. *Mel=*
chioris Sessæ. *Anno* D.
MD XXXIX.


DISSIMILIVM·INFIDA·SOCIETAS·